AUTHOR:

BACHER, WALTER

TITLE:

DE PAUSANIAE STUDIIS HOMERICIS

PLACE:

HALIS SAXONUM

DATE:

1919

Master Negative #

92-81090-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Bacher, Walter, 1893-
De Pausaniae studiis Homericis. Dissertatio inauguralis, quam ... scripsit Gualterus Bacher ... Halis Saxonum, Hohmann, 1919.
97 p. 22 cm.

Thesis, Halle.

Re

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 2-16-93 INITIALS Susan
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

De Pausaniae studiis Homericis

Dissertatio inauguralis
quam
ad summos in philosophia honores
ab
amplissimo philosophorum ordine
in
**Academia Fridericiana Halensi
cum Vitebergensi consociata**
rite capessendos
scripsit

Gualterus Bacher
Halensis.

Halis Saxonum
Formis descripsit Hohmann
MCMXIX

De dissertatione probanda ad ordinem
rettulit
Carolus Robert.

Examen rigorosum habitum est a. d. IV. idus Dec. h. s. XVIII.

Carolo Robert
Sacrum

„Des academischen Lehrers schoenstes Vorrecht ist, daß er nicht nur durch sein Wissen, auch durch seine Persoenlichkeit die Seelen der naechsten Generation adelt.“
(Gustav Freytag.)

De Pausaniae studiis Homericis.

Homerus quantae auctoritatis multis scriptoribus antiquis in omnibus quaestionibus solvendis fuerit, nemo est qui nesciat. Inter quos Pausanias quoque nominandus est. Id quod cum iam diu perspectum sit, nemodum accuratius inquisivit, qua ratione hac in re se gesserit. Priusquam vero hanc ad quaestionem solvendam me accingam, pauca de Homeri exemplo, quo Pausanias usus est, praemittenda sunt; nam non minus novem locis lectio eius a nostris codicibus diversa est.

Ita **II 7, 1,** ubi de Sicyonis oppidi interitu verba facit, causam Iovis voluntatem esse professus versum Iliadis B 117 de Iove adfert:

„*ὃς δὴ πολλῶν πολίων κατέλυσε κάρηνα,*“

cum libri nostri recte formam Ionicam *πολλάων* exhibeant. Cf. schol. A D: „*τὸ πολλάων ἐπέκτασις, καὶ ἴδιον Ἰώνων.*“ Itaque aut neglegentia vulgarem formam versui Homerico intrusit aut in codice suo invenit, nisi forte librarius peccavit.

Similis haesitatio est **IX 35, 4,** ubi Somnum Iunonem iubentem facit: „*ἦ μέν μοι δώσειν Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων,*“ cum libri nostri exhibeant (Ξ 275):

„*ἶ μὲν ἐμοὶ δώσειν . . .,*“

id quod etiam in Pausaniae libris deterioribus legimus.

At certe ex Homeri exemplo suo habet, quod **IV 9,2** versum B 729 adferens „*Ἰθώμην κλιμακόεσσαν*“ scribit, cum meliores Iliadis libri *κλωμακόεσσαν* praebeant. Nam idem mendum in Ethymologico Magno p. 470,9 occurrit, ita ut antiquam variam lectionem subesse appareat, qua quomodo in

quaestione geographica solvenda Pausanias abusus sit, postea videbimus.

Deinde VII 21,8 Menelaum Antilochum iubentem facit:

„ἵππων ἁψάμενος, γαιήοχον ἐννοσίγαιον
ὄμνυθι μηδὲν ἑκὼν τὸ ἐμὸν δόλῳ ἅρμα πεδῆσαι,"

in nostris vero codicibus legimus[1]): „μὴ μὲν ἑκὼν . . .". Fuerunt qui huic Pausaniae lectioni fidem haberent, quippe qui cum Bekkero[2]) μὲν particulam apud Homerum vim confirmativam habere negarent. Sed hac in re virum praeclarissimum errasse Naegelsbach[3]), Hartung[4]), Baeumlein[5]), Schoemann[6]) probaverunt. Confer A 234 sq.:

„..ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔ ποτε φύλλα καὶ ὄζους
φύσει, ἐπεὶ δὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,"

A 266 sqq.:

„κάρτιστοι δὴ κεῖνοι ἐπιχθονίων τράφεν ἀνδρῶν·
κάρτιστοι μὲν ἔσαν καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο,
φηρσὶν ὀρεσκῴοισι, καὶ ἐκπάγλως ἀπόλεσσαν.
καὶ μὲν τοῖσιν ἐγὼ μεθομίλεον ἐκ Πύλου ἐλθών,
τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης· καλέσαντο γὰρ αὐτοί·"

N 622 sqq.:

„ἄλλης μὲν λώβης τε καί αἴσχεος οὐκ ἐπιδευεῖς.
ἣν ἐμέ λωβήσασθε, κακαὶ κύνες, οὐδέ τι θυμῷ
Ζηνὸς ἐριβρεμέτεω χαλεπὴν ἐδείσατε μῆνιν
ξεινίου, ὅς τέ ποτ᾽ ὔμμι διαφθέρσει πόλιν αἰπήν."

Schol. BT ad hunc locum: „ὁ μὲν ἀντὶ τοῦ μήν· οὐ γὰρ ἔχει τὸν δέ. ὁ δὲ νοῦς οὕτως· τοῖς εἰς ἐμὲ ὑμῖν πραχθεῖσιν ἄλλο οὐδὲν ἐνδεῖται γενέσθαι δεινόν."

Cf. Schol. T ad Ψ311 Ω488. Η89

---

1) Ψ 584/5.
2) Homer. Blätter I, 34. 62.
3) Anmerk. z. Ilias ed. I p. 158 s.
4) Partikeln II p. 490 s.
5) Partikeln p. 159 s.
6) ad Isaeum p. 176 s.

Schol. Od. ε478:

τοὺς μὲν] ἀντὶ τοῦ δή· ἢ συνέσταλται Ἰακῶς.

Accedit, quod μηδὲν adverbii loco apud Homerum nusquam, sed semel tantum in Hymno in Apollinem v. 337 sq. legitur:

„αὐτοὶ νῦν μευ πάντες ἀκούσατε καὶ δότε παῖδα
νόσφι Διός, μηδέν τι βίην ἐπιδευέα κείνου"

Plane aliter res sese habet **IX 36,3**, ubi de Marte filioque eius Phobo dicit:

„τὼ μὲν ἄρ᾽ εἰς Ἐφύρους πόλεμον μέτα θωρήσσεσθον
ἠὲ μετὰ Φλεγύας μεγαλήτορας·",

cum in nostris libris legamus Ν301:

„τὼ μὲν ἄρ᾽ ἐκ Θρήκης Ἐφύρους μέτα θωρήσσεσθον",

Iam inspice versum Υ329

„ἔνθά τε Καύκωνες πόλεμον μέτα θωρήσσοντο."

Vides scriptorem duos hos versus contaminasse eoque hac de causa adductum esse, quod uterque versus eodem verbo quamquam forma diversa terminatur. Itaque versum Ν 301 non ex exemplo suo exscripsit, sed e memoria attulit. Quod dum facit, alius eiusdem clausulae versus ei in mentem venit. Similiter igitur egit atque Hymnorum qui dicuntur Homericorum auctores, qua de re egregie egit Henricus Trueber „De Hymno in Venerem Homerico"[1]).

Idem accidit **V 24, 11,** ubi versus Τ266 sqq. ita adfert:

„ἦ, καὶ ἀπὸ σφάραγον κάπρου τάμε νηλέϊ χαλκῷ.
τὸν μὲν Ταλθύβιος πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα
ῥῖψ᾽ ἐπιδινήσας, βόσιν ἰχθύσιν."

Nam nostri libri primum versum ita exhibent:

ἦ, καὶ ἀπὸ στόμαχον κάπρου τάμε νηλέι χαλκῷ·,

id quod rei narratae unice convenit. At Χ328 legimus:

„οὐδ᾽ ἄρ᾽ ἀποσφάραγον μελίη τάμε χαλκοβάρεια

Huic versui cum altero commune est verbum τάμε eodem versus loco positum, porro χαλκοβάρεια verbum verbis

---

1) Dissertationes Philologicae Halenses Vol. XV, 2. Halis Saxonum 1905.

νηλέϊ χαλκῷ non dissimilis est. Rursus igitur Pausanias memoria lapsus est, dum duos versus inter se confundit. Ceterum monendum est Pausaniam hic quoque deteriorem lectionem *σφάραγον*, cuius praeterea Eustathius et Apollonius Sophista testes sunt, in libro suo invenisse, cum nostri libri meliorem formam *ἀσφάραγον* habeant.

Quod vero **IX 41,5** Odysseae versus *σ* 295 sq. ita adfert:

„*ὅρμον δ' Εὐρύμαχος πολυδαίδαλον αὐτίκ' ἔνεικε*
χρύσεον, ἠλέκτροισιν ἐερμένον, ἠέλιον ὥς",

cum Homerus

„*ὅρμον δ' Εὐρυμάχῳ πολυδαίδαλον αὐτίκ' ἔνεικε*"

scripserit, fecit hoc consulto, ut versus orationi suae accomodaret. Nam in Odyssea praeco Eurymacho catenam adportat, ut Penelopae dono det. Pausanias vero ipsum Eurymachum donum adferentem facit. Scribit enim:

„*καὶ ἐν Πηνελόπης δώροις — ἄλλους τε γὰρ τῶν μνηστήρων δῶρα καὶ Εὐρύμαχον διδόντα Πηνελόπῃ πεποίηκεν — ὅρμον δ' Εὐρύμαχος πολυδαίδαλον αὐτίκ' ἔνεικε κτλ.*"

Semel denique **VII 26,13** auctorem quendam, qui de rebus Sicyoniis egit, secutus lectionem interpolatam adfert: „*οἵ θ' Ὑπερησίην τε καὶ αἰπεινὴν Δονόεσσαν·*", cum poeta scripserit *B* 573:

„*οἵ θ' Ὑπερησίην τε καὶ αἰπεινὴν Γονόεσσαν.*"

Has autem urbes inter eas enumerat, quae Agamemnonis sub dicione erant. Atque ipse Pausanias, ubi de Bacchidarum origine loquitur, II 4,4 et V 18,7 Gonusses oppidi super Sicyonem siti[1]) mentionem facit, versus tamen illius Homerici immemor. At antiquarius ille Sicyonius Donoessan oppidum quoddam cognovit aut se cognovisse finxit, cuius memoria prorsus oblitterata erat. Contendit igitur hoc oppidum inter Aegiram et Pellenen, cuius Homerus in versu sequenti mentionem facit, situm et Sicyoni subiectum fuisse, cuius nomen in versu antecedenti legitur. Itaque Homerum *Δονόεσσαν* scripsisse, Pisistratum vero vel unum ex eius amicis *Δονόεσσαν* in *Γονόεσσαν* mutasse supposuit.

[1]) Paus. II 4, 4 et V 18, 4: „*Γονούσσης τῆς ὑπὲρ Σικυῶνος.*" cf. *B* 573: „....... *αἰπεινὴν Γονόεσσαν*"

Hymni Homerici in Cererem scripti **IV 30,4** hos versus adfert:

„*ἡμεῖς μὲν μάλα πᾶσαι ἀν' ἱμερτὸν λειμῶνα*
Λευκίππη Φαινώ τε καὶ Ἠλέκτρη καὶ Ἰάνθη
Μηλόβοσίς τε Τύχη τε καὶ Ὠκυρόη καλυκῶπις."

In Mosquensi inter secundum et tertium versum hic etiam versus legitur (419):

„*καὶ Μελίτη Ἰάχη τε Ῥοδεία τε Καλλιρόη τε*",

quem Pausaniam consulto omisisse puto, ne nimia nomina, quae nihil ad rem faciunt, cumularet. Certe non est, cur statuamus alio hymni textu eum usum esse.

Praeterea tribus et triginta locis Pausanias Homeri versus exscribit a nostrorum librorum lectione non diversos. Sed multo saepius Homeri sententias metri vinculo liberatas orationi suae inserit modo verba poetae retinens modo paraphrastae instar aliis commutans.

Ita X 14,2 de Cycni uxore agens scribit: „... *ἀδελφὴ δὲ Καλήτορος, ὃν Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἀποθανεῖν φησιν ὑπὸ Αἴαντος, ὅτε ὑπὸ τὴν Πρωτεσιλάου ναῦν ἔφερεν ὁ Καλήτωρ τὸ πῦρ* –" Homerus autem dixit *O* 419 sq.:

„*ἔνθ' υἷα Κλυτίοιο Καλήτορα φαίδιμος Αἴας,*
πῦρ ἐς νῆα φέροντα, κατὰ στῆθος βάλε δουρί·"

Tum **X 8,8**, dum Ulixis vulneris mentionem facit, scribit: „... *καὶ Ὀδυσσέα, ἡνίκα ὡς τὸν Αὐτόλυκον ἀφικόμενος μετὰ τοῦ Αὐτολύκου τῶν παίδων ἐθήρευε, τότε αὐτὸν τὸ τραῦμα τὸ ὑπὲρ τοῦ γόνατος ἐνταῦθα σχεῖν ὑπὸ τοῦ συός.*", in Odyssea legimus *τ* 449 sq.:

„*ὁ δέ μιν φθάμενος ἔλασεν σῦς*
γουνὸς ὕπερ", et antea 429 sqq.:

„*βάν ῥ' ἴμεν ἐς θήρην ἠμὲν κύνες ἠδὲ καὶ αὐτοὶ*
υἱέες Αὐτολύκου· μετὰ τοῖσι δὲ δῖος Ὀδυσσεὺς
ἤιεν·"

De Horis Homerus dicit *E* 750 „*τῇσ' ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς ..*“, Pausanias vero **V 11,7** scripsit: „*Ὅμηρος δὲ ἐν Ἰλιάδι ἐποίησε τὰς Ὥρας καὶ ἐπιτετράφθαι τὸν οὐρανόν*“, et de suis addit: „*καθάπερ τινὰς φύλακας βασιλέως αὐλῆς.*‘,

In Iliade legimus *A* 313 sq.:

„*λαοὺς δ' Ἀτρεΐδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν,*
οἳ δ' ἀπελυμαίνοντο καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον“,

id quod Pausanias ita reddit **VIII 41,2:** „*μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, ἀπολυμαίνεσθαί τε ἐπὶ λύσει τοῦ λοιμοῦ τοὺς Ἕλληνας καὶ ἐμβάλλειν τὰ λύματα εἰπὼν σφᾶς ἐς θάλασσαν.*“

Et cum apud Homerum Agamemnon (*B* 478 sq.) „*ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ, Ἄρεϊ δὲ ζώνην*“ dicatur, Pausanias scribit **IX 17,3:** „*καὶ δὴ Ὅμηρον Ἄρει τὸν Ἀγαμέμνονα ποιήσαντα ἐοικέναι τὴν ζώνην, κτλ.*“. Itaque pro ‚*ἴκελος εἶναι*‘ vocabulum pedestre *ἐοικέναι* praetulit.

De Pelei voto Homerus Achillem narrantem facit *Ψ* 144 sq.:

„*Σπερχεἴ', ἄλλως σοί γε πατὴρ ἠρήσατο Πηλεύς,*
κεῖσέ με νοστήσαντα φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν
σοί τε κόμην κερέειν ...“.

Pausanias pro verbo Homerico *ἀρᾶσθαι* praetulit *εὔχεσθαι*, scribit igitur **I 37,3**: „*καθεστάναι δὲ ἐκ παλαιοῦ καὶ τοῖς πᾶσι τοῦτο Ἕλλησι τῇ Ὁμήρου τις ἂν τεκμαίροιτο ποιήσει, ὃς τὸν Πηλέα εὔξασθαί φησι τῷ Σπερχειῷ κερεῖν ἀνασωθέντος ἐκ Τροίας Ἀχιλλέως τὴν κόμην.*“

Eodem pertinet, quod scriptor **II 6,4** de Amphione et Zetho scribit: „*Ὅμηρος δὲ σφᾶς ἀνήγαγεν ἐπὶ τὸ σεμνότερον τοῦ γένους* (λ 261 sqq.), *καὶ Θήβας φησὶν οἰκίσαι πρώτους, ἀποκρίνων τὴν κάτω πόλιν, ἐμοὶ δοκεῖν, ἀπὸ τῆς Καδμείας*·,“ cum Homerus scripserit *λ* 263:

„*οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο.*“

Similiter Homeri „*οἰκία ναιετάασκε*“ Pausanias verbo „*κατοικεῖν*“ reddit. Legimus enim in Iliade *P* 306 sqq.

„..... *Σχεδίον, μεγαθύμου Ἰφίτου υἱόν,*
Φωκήων ὄχ' ἄριστον, ὃς ἐν κλειτῷ Πανοπῆι
οἰκία ναιετάασκε πολέσσ' ἄνδρεσσι ἀνάσσων,“

apud Pausaniam **X 4,2:**

„*ὑπῄει τε ἐπῶν ἡμᾶς τῶν Ὁμήρου μνήμη ὧν ἐποίησεν ἐς Τιτυόν, καλλίχορον τῶν Πανοπέων ὀνομάσας τὴν πόλιν, καὶ ὡς ἐν τῇ μάχῃ τῇ [τε] ἐπὶ τῷ Πατρόκλου νεκρῷ καὶ Σχεδίον τὸν Ἰφίτου βασιλεύοντα Φωκέων καὶ ἀποθανόντα ὑφ' Ἕκτορος κατοικεῖν εἶπεν ἐν τῷ Πανοπεῖ.*“ Hac in paraphrasi verbis „*βασιλεύοντα Φωκέων*“ Homerica illa „*Φωκήων ὄχ' ἄριστον*“ et „*πολέσσ' ἄνδρεσσι ἀνάσσων*“ in brevius contracta sunt.

Aliis locis obscurioribus poetae verbis simplicia substituit. In Iliade *N* 714 sqq. de Locris narratur:

„*οὐ γὰρ ἔχον κόρυθας χαλκήρεας ἱπποδασείας,*
οὐδ' ἔχον ἀσπίδας εὐκύκλους καὶ μείλινα δοῦρα,
ἀλλ' ἄρα τόξοισιν καὶ ἐυστρεφεῖ οἰὸς ἀώτῳ.
Ἴλιον εἰς ἅμ' ἕποντο ....“.

Pausanias lanam ovilem tortam ad fundas recte rettulit; itaque scripsit **I 23,4**:

„*Λοκροὺς γὰρ τοὺς Ὀπουντίους ὁπλιτεύοντας ἤδη κατὰ τὰ Μηδικὰ ἴσμεν, οὓς Ὅμηρος ἐποίησεν ὡς φερόμενοι τόξα καὶ σφενδόνας ἐς Ἴλιον ἔλθοιεν.*“

Confirmatur haec interpretatio versibus *N* 599 sq.:

„*αὐτὴν* (manum vulneratam) *δὲ ξυνέδησεν ἐυστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ,*
σφενδόνῃ, ἣν ἄρα οἱ θεράπων ἔχε ποιμένι λαῶν.“

Confer Scholia BT ad *N* 599:

οἰὸς ἀώτῳ] ἐξ ἐρίων γὰρ συνέπλεκον τὰ κῶλα τῆς σφενδόνης, οὐχ ὡς νῦν νεύροις, ἵνα διατείνοιτο ἐν τῇ ἀπορρίψει. πολλὰ δὲ δηλοῖ τὸ ἄωτον, ὥς φησιν Ἐπαφρόδιτος· νῦν δὲ τὸ τοῦ ἐρίου λεπτότερον καὶ καθαρώτερον, ὅθεν καὶ αἱ σφενδόναι ἐπλέκοντο.“ [1])

[1]) Cf. Buttmann „Lexilogus“ II 18 sqq. et Bechtel „Lexilogus zu Homer“ s. v. *ἄωτος*. Non recte Povelsen „Emendationes“ p. 76 sqq.,

X 32,18 Pausanias scribit:

„*τὸ ἔπος οὖν ἀληθεύειν ἔοικε τὸ Ὁμήρου, σὺν οὐδενὶ αἰσίῳ τοὺς θεοὺς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐναργῶς ὁρᾶσθαι.*“ In mente habet versum Homericum *Υ* 131 „. . . *χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς.* Quae satis accurate verbis „*ἐναργῶς ὁρᾶσθαι*“ respondent, sed pro „*χαλεποὶ*“ „*σὺν οὐδενὶ αἰσίῳ*“ posuit, quae vix Homeri sententiam reddunt.

Similiter **X 25,2** pro Apollinis nomine Fatum vel Necessitatem inseruit. Nam cum Homerus de Menelai gubernatoris morte Nestorem narrantem fecerit *γ* 278 sqq.:

„*ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἱρὸν ἀφικόμεθ', ἄκρον Ἀθηνέων,*
ἔνθα κυβερνήτην Μενελάου Φοῖβος Ἀπόλλων
οἷσ' ἀγανοῖσι βέλεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνεν“,

apud Pausaniam legimus:

„*Ὅμηρος δὲ Νέστορα ἐποίησεν ἄλλα τε διαλεγόμενον πρὸς Τηλέμαχον καὶ περὶ τοῦ Φρόντιδος· πατρὸς μὲν Ὀνήτορος, Μενελάου δὲ ἦν κυβερνήτης, δοκιμώτατος δὲ ἐς τὴν τέχνην, καὶ ὡς Σούνιον ἤδη τὸ ἐν τῇ Ἀττικῇ παραπλέοντα ἐπέλαβεν αὐτὸν τὸ χρεών·*“

Quomodo vero eiusdem carminis versus *ζ* 102 sqq.:

„*οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεα ἰοχέαιρα,*
ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον ἢ Ἐρύμανθον,
τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃσ' ἐλάφοισιν·“

reddiderit, diudicari nequit, cum locus lacunosus sit **VIII 24,4:**

„*ἐποίησε δὲ Ὅμηρος ὡς ἐν Ταϋγέτῳ τε καὶ Ἐρυμάνθῳ θηρευτὴς* (*θηρευτὴν L*).“

Doederlein Homer. Glossar. s. v. *σφενδόνη*, Duentzer Hom. Abhandlungen p. 72 sqq. de fascia aliqua cogitaverunt, quae opinio versu N 600 refellitur. Quod testimonium nisi extaret, de veste potius lanea cogitandum esset, cum antecedant verba:

„*οὐδ' ἔχον ἀσπίδας εὐκύκλους καὶ μείλινα δοῦρα*“,

ita ut vestis lanea eis pro scutis esset.

Id saltem apparet *θηρευτής* vocabulum ad versum ultimum „*τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃσ' ἐλάφοισιν*“ pertinere.

Deinde proprium eius est, ubi Homerus de beneficiis quibusdam verba facit, subiectum commutare. Ita in navium catalogo *Β* 612 sqq. legimus Agamemnonem Arcadibus, quippe qui rerum maritimarum ignari essent, naves de suis praebuisse:

„*αὐτὸς γάρ σφιν δῶκεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων*
νῆας ἐυσσέλμους περάαν ἐπὶ οἴνοπα πόντον,
Ἀτρείδης, ἐπεὶ οὔ σφι θαλάσσια ἔργα μεμήλει.“

Pausanias vero Arcadas naves ab Agamemnone accepisse dicit **VIII 1, 3:**

„*τούτων τῶν κατειλεγμένων καθηκόντων ἐπὶ θάλασσαν Ἀρκάδες τὸ ἐντὸς οἰκοῦσιν ἀποκλειόμενοι θαλάσσης πανταχόθεν· ὅθεν σφᾶς καὶ Ὅμηρος ἀφικέσθαι φησὶν ἐς Τροίαν παρ' Ἀγαμέμνονος πλοῖα εἰληφότας καὶ οὐχὶ ναυσὶν οἰκείαις.*“

VIII 53,5, ubi de Rhadamantho agitur, Menelaum in campos Elysios venisse dicit, quo iam antea Rhadamanthus venisset:

„*ἐς δὲ αὐτὸν Ῥαδάμανθυν Ὁμήρου μέν ἐστιν ἐν Πρωτέως πρὸς Μενέλεων λόγοις ὡς ἐς τὸ πεδίον ἥξοι Μενέλαος τὸ Ἠλύσιον, πρότερον δὲ ἔτι Ῥαδάμανθυν ἐνταῦθα ἥκειν.*“

Contra in Odyssea Proteus Menelao vaticinatur deos immortales eum in campos Elysios missuros esse, ubi iam Rhadamanthus moretur, *δ* 563 sqq.:

„*ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης*
ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς,
τῇ περ ῥηίστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν.“

Ibidem *κ* 494 sq. Circe Ulixi narrat Proserpinam Tiresiae uni omnium defunctorum mentem rationemque reliquisse:

„*τῷ καὶ τεθνηῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια*
οἴῳ πεπνῦσθαι.“

Pausanias vero nihil de Proserpina sed omnium, qui in Orco sint, unum Tiresiam mentis compotem esse dicit **IX 33,2:**

„τὰ δὲ ἄλλα ἐς Τειρεσίαν, ἐτῶν τε ἀριθμὸν ὧν γεγράφασιν αὐτὸν βιῶναι καὶ ὡς ἐκ γυναικὸς ἐς ἄνδρα ἠλλάγη καὶ ὅτι Ὅμηρος ἐποίησεν ἐν Ὀδυσσείᾳ συνετὸν εἶναι γνώμην Τειρεσίαν τῶν ἐν Ἅιδου μόνον, ταῦτα μὲν καὶ οἱ πάντες ἴσασιν ἀκοῇ.“, cui enuntiato ne unum quidem verbum cum Homero commune est.

Eandem Pausaniae consuetudinem in longa illa paraphrasi observare possumus, ubi Penelopae de Pandarei filiabus narrationem pedestri sermone ita reddit, ut singulae orationis partes singulis Homeri versibus quam accuratissime respondeant; itaque utraque iuxta ponemus:

X 30,1: „Ὁμήρῳ δὲ ἐν Πηνελόπης λόγοις ἐστὶν ὡς ἀπαθάνοιεν μὲν ταῖς παρθένοις οἱ γειναμένοι κατὰ μῆνιμα ἐκ θεῶν

υ **66** „ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρας ἀνέλοντο θύελλαι·
τῇσι τοκῆας μὲν φθῖσαν θεοί (subiectum mutatum)

αὐτὰς δὲ ὀρφανὰς τραφῆναι μὲν ὑπὸ Ἀφροδίτης,

αἱ δὲ λίποντο
ὀρφαναὶ ἐν μεγάροισι, κόμισσε δὲ δῖ' Ἀφροδίτη
(subiectum mutatum)
τυρῷ καὶ μέλιτι γλυκερῷ καὶ ἡδέι οἴνῳ·

λαβεῖν δὲ καὶ παρ' ἄλλων θεῶν, Ἥρας μὲν φρονεῖν τε ἱκανὰς εἶναι καὶ εἶδος καλάς,

Ἥρη δ' αὐτῇσιν περὶ πασέων δῶκε γυναικῶν
(subiectum mutatum)
εἶδος καὶ πινυτήν,

μῆκος δὲ τοῦ σώματος Ἄρτεμιν φησιν αὐταῖς δωρήσασθαι

μῆκος δ' ἔπορ' Ἄρτεμις ἁγνή,
(subiectum servatum)

ἔργα δὲ γυναιξὶν ἁρμόζοντα ὑπὸ Ἀθηνᾶς διδαχθῆναι.

ἔργα δ' Ἀθηναίη δέδαε κλυτὰ ἐργάζεσθαι“.
(subiectum mutatum)

Ἀφροδίτην μὲν οὖν ἐς οὐρανὸν ἀνέρχεσθαι

υ **73** εὖτ' Ἀφροδίτη δῖα προσέστιχε μακρὸν Ὄλυμπον

παρὰ Διὸς γάμον εὐδαίμονα ἐθέλουσαν ταῖς παισὶν εὕρασθαι

υ **74** κούρῃσ' αἰτήσουσα τέλος θαλεροῖο γάμοιο
ἐς Δία τερπικέραυνον· ὃ γάρ τ' εὖ οἶδεν ἅπαντα,
μοῖράν τ' ἀμμορίην τε καταθνητῶν ἀνθρώπων

τὰς δὲ ἀπούσης ἐκείνης ἁρπασθῆναί τε ὑπὸ Ἁρπυιῶν (subiectum mutatum)

τόφρα δὲ τὰς κούρας ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο

καὶ Ἐρινύσιν ὑπ' αὐτῶν δοθῆναι.“ (subiectum mutatum).

καί ῥ' ἔδοσαν στυγερῇσιν ἐρινύσιν ἀμφιπολεύειν.“

Ut supra vidimus hic quoque Pandarei filias a deabus munera accepisse dicit, cum Homerus deas ea iis dedisse narret. Dicit poeta:

„Ἥρη δ' αὐτῇσιν περὶ πασέων δῶκε γυναικῶν
εἶδος καὶ πινυτήν“

Pausanias vero „λαβεῖν δὲ καὶ παρ' ἄλλων θεῶν, Ἥρας μὲν φρονεῖν τε ἱκανὰς εἶναι καὶ εἶδος καλάς“, deinde Homerus:

„ἔργα δ' Ἀθηναίη δέδαε κλυτὰ ἐργάζεσθαι“

Pausanias: „ἔργα δὲ γυναιξὶν ἁρμόζοντα ὑπὸ Ἀθηνᾶς διδαχθῆναι.“ Ibi tantum, ubi de Diana agitur, structuram Homericam retinuit. Nam ille dicit:

„μῆκος δ' ἔπορ' Ἄρτεμις ἁγνή,“

scriptor: „μῆκος δὲ τοῦ σώματος Ἄρτεμιν φησιν αὐταῖς δωρήσασθαι.“ Praeterea observandum est eum modo Homeri verba in brevius contraxisse velut Venerem nutrivisse orbas puellas dicit[1]), nutrimenta autem „τυρῷ καὶ μέλιτι γλυκερῷ καὶ ἡδέι οἴνῳ“ non enumerat, modo verba Homeri additamentis clariora

---

) „κόμισσε“ Homero „τραφῆναι“ Pausanias.

facit[1]). Ceterum peritos non fugiet periegetam hac in re non aliter egisse quam mythographos, praesertim Apollodorum et Diodorum, egisse constat[2]).

Similem paraphrasin **IX 40,11** invenimus, ubi de Agamemnonis sceptro agitur. Rursus operae pretium erit verba scriptoris et verba poetae iuxta ponere:

IX 40,11 „· · · *τὸ σκῆπτρον ὃ ποιῆσαι Διί φησιν Ὅμηρος Ἥφαιστον*

B **101** „· · *σκῆπτρον* · ·, *τὸ μὲν Ἥφαιστος κάμε τεύχων.*
Ἥφαιστος μὲν δῶκε Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι,

παρὰ δὲ Διὸς λαβόντα Ἑρμῆν δοῦναι Πέλοπι,

103 *αὐτὰρ ἄρα Ζεὺς δῶκε διακτόρῳ Ἀργεϊφόντῃ.*
Ἑρμείας δὲ ἄναξ δῶκεν Πέλοπι πληξίππῳ,

Πέλοπα δὲ Ἀτρεῖ καταλιπεῖν,

105 *αὐτὰρ ὃ αὖτε Πέλοψ δῶκ' Ἀτρέι, ποιμένι λαῶν*"

τὸν δὲ Ἀτρέα Θυέστῃ,

106 *Ἀτρεὺς δὲ θνήσκων ἔλιπεν πολύαρνι Θυέστῃ,*

παρὰ Θυέστου δὲ ἔχειν Ἀγαμέμνονα"

107 *αὐτὰρ ὃ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι.*"

Hoc autem loco Pausanias id maxime in oculis habuit, ut simplicem Homeri orationem variaret. Nam ille sceptrum ab ultimo possessore divino Pelopi, a Pelope Atreo donatum esse dicit, deinde autem ab Atreo Thyestae fratri, a Thyesta Agamemnoni relictum esse. Pausanias contra Vulcanum sceptrum Iovis in usum fecisse, Mercurium ab Iove accepisse et Pelopi dedisse, Pelopem Atreo, Atreum Thyestae reliquisse, a Thyesta autem Agamemnonem id habere dicit.

---

[1]) Hom.: *πινυτήν* Paus.: *φρονεῖν ἱκανάς.* Hom.: *μῆκος* Paus.: *μῆκος τοῦ σώματος.* Hom.: *ἔργα κλυτὰ* Paus.: *ἔργα γυναιξὶν ἁρμόζοντα.* Hom. v 77: *τόφρα* Paus.: *ἀπούσης ἐκείνης.*

[2]) cf. Rudolfum Goedel „De poet. Graec. Epic. Lyr. Trag. apud Mythographos memoria" Diss. Hal. 1909.. C. Robert „Oidipus" I p. 546 sqq.

Non raro scriptor diversos Homeri locos inter se coniunxit. **X 26,7,** ubi de Laodica, Priami filia, sermo est, socerum eius Antenora Menelao et Ulixi hospitium praebuisse, ipsam autem Antenoris filio Helicaoni nupsisse Homero teste narrat: „*Ὅμηρος μέν γε ἐδήλωσεν ἐν Ἰλιάδι Μενελάου καὶ Ὀδυσσέως ξενίαν παρὰ Ἀντήνορι, καὶ ὡς Ἑλικάονι ἡ Λαοδίκη συνοικοίη τῷ Ἀντήνορος*" Quorum priora sumpta sunt ex Iliade *Γ* 205 sqq.

„*ἤδη γὰρ καὶ δεῦρό ποτ' ἤλυθε δῖος Ὀδυσσεὺς*
σεῦ ἕνεκ' ἀγγελίης σὺν ἀρηιφίλῳ Μενελάῳ.
τοὺς δ' ἐγὼ ἐξείνισσα καὶ ἐν μεγάροισι φίλησα,"

posteriora ex Iliadis *Γ* 122 sqq. „*Ἀντηνορίδαο δάμαρτι,*
τὴν Ἀντηνορίδης εἶχε κρείων Ἑλικάων,
Λαοδίκην, Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην."

V 24,5 Pausanias ex Homero narrat Ganymedem a deis raptum esse, ut Iovi vinum promeret, Iovem autem pro eo Troi patri equos celeberrimos dedisse: „*ἔστι δὲ Ὁμήρῳ πεποιημένα ὡς ἁρπασθείη τε ὑπὸ θεῶν Γανυμήδης οἰνοχοεῖν Διὶ καὶ ὡς Τρωὶ δῶρα ἵπποι δοθεῖεν ἀντ' αὐτοῦ.*" Quorum haec respondent versui *Υ* 234:

„*τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν,*"

illa versui *E* 265 sq.:

„*τῆς γάρ τοι γενεῆς* (sc. equorum), *ἧς Τρωί περ εὐρύοπα Ζεὺς*
δῶχ' υἷος ποινὴν Γανυμήδεος."

Scriptori condonandum est, quod brevitatis causa in altera orationis parte ad omnes deos ea rettulit, quae de Iove tantum valent. Ceterum rursus consuetudini suae subiecti commutandi, de qua modo diximus, indulsit, dum et Ganymedem a deis raptum esse scribit, cum Homerus dixerit deos eum rapuisse, et Troi equos donatos esse, cum in Iliade legamus Iovem eos regi Troiano dedisse.

Tres Iliadis locos Pausanias coniunxit **IV 30,5,** ubi de

Homero dicit: „ἐν Ἰλιάδι ἐποίησεν Ἀθηνᾶν μὲν καὶ Ἐνυὼ πολεμούντων ἡγεμονίαν ἔχειν, Ἄρτεμιν δὲ γυναικῶν ὠδῖσιν εἶναι φοβεράν, Ἀφροδίτῃ δὲ τὰ ἔργα μέλειν τῶν γάμων.“, quorum ultima „τὰ ἔργα μέλειν τῶν γάμων“ referenda sunt ad Iovis verba Venerem hortantis *E* 429 sq.:

„ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο,
ταῦτα δ' Ἄρηι θοῷ καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει,“

prima ad eiusdem libri versus 331 sqq., ubi de eadem Venere dicitur eam deis bellicosis dissimilem esse:

„οὐδὲ θεάων
τάων, αἵ τ' ἀνδρῶν πόλεμον κάτα κοιρανέουσιν,
οὔτ' ἄρ' Ἀθηναίη οὔτε πτολίπορθος Ἐνυώ.“

Homerica illa „ἀνδρῶν πόλεμον κάτα κοιρανέουσιν“ Pausanias verbis „πολεμούντων ἡγεμονίαν ἔχειν“ reddit. Media vero ex libro *Φ* 483 sumpta sunt, ubi Iuno Dianam his verbis adloquitur:

„ἐπεί σε λέοντα γυναιξὶ
Ζεὺς θῆκεν, καὶ ἔδωκε κατακτάμεν, ἥν κ' ἐθέλῃσθα.“

Quid vero quod Pausanias dicit: „Ἄρτεμιν δὲ γυναικῶν ὠδῖσιν εἶναι φοβεράν“? Nam nihil de mulieribus parturientibus Homerus! Quicumque religionis Graecae peritus est, haec eo referet, quod Diana omnibus mulieribus vitam demere credebatur ut frater viris[1]. Itaque hoc loco Pausanias interpretationem aliquam de suo addidisse videri potest. Sed iam evolvamus scholia B T ad *Φ* 484: „προΐσταται γὰρ ἡ Ἄρτεμις τοκετῶν, ἐπεὶ περὶ τὰς πανσελήνους εὐτοκώταται αἱ γυναῖκες, ὥς φησι Χρύσιππος[2].“ Apparet igitur Pausaniam haec ex Iliadis commentario mutuatum esse. Sed fortasse nimis praepropere ita iudicavimus, nam nuper demonstratum est eum illo loco scholia deperdita ad hymnos Pindaricos exscribere, ex quibus certe ultimi capitis sententiae desumptae

---

[1]) Cf. Preller-Robert „Griech. Myth.“ I p. 105.

[2]) Vide „Stoicorum vet. fragm. coll. I. ab Arnim vol. II (Chrysippi frgm. logica et physica) nr. 748.

sunt[1]. Itaque antecedentia quoque simul cum versibus hymni Homerici in Cererem qui adferuntur ex his scholiis fluxisse possunt. Sed contra hanc opinionem dicenda sunt numquam in scholiis aut Pindaricis aut Homericis hymnos qui dicuntur Homericos adhibitos esse, Pausaniam contra hymnum in Cererem scriptum etiam alio loco adferre[2]. Deinde versus illi Iliados prorsus eodem modo et inter se coniuncti et pedestri sermone expressi sunt, quem scriptori proprium esse supra perspeximus. Itaque Pausaniam ipsum scholia Iliadis consuluisse statuimus.

Accedit quod eum commentario quodam Iliadis aut editione scholiis instructa usum esse etiam ex alio loco adparet. Nam IV 28,7 de Patroclo Achillis arma gerente haec scribit: „ἐπεὶ Πάτροκλόν γε ἐποίησεν ἐν Ἰλιάδι Ὅμηρος Ἀχιλλέως τὰ ὅπλα ἐνδύντα, καὶ ἐγγενέσθαι τε ἔφη τοῖς βαρβάροις δόξαν ὡς Ἀχιλλεὺς ἐπίοι καὶ τοὺς προτεταγμένους αὐτῶν ταραχθῆναι.“ Ante oculos habet versus *Π* 280 sqq.

„ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες,
ἐλπόμενοι παρὰ ναῦφι ποδώκεα Πηλεΐωνα
μηνιθμὸν μὲν ἀποῤῥῖψαι, φιλότητα δ' ἑλέσθαι.“

Itaque apparet Homerica illa „ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες“ verbis „προτεταγμένους αὐτῶν ταραχθῆναι“ reddita esse. Quod vero dicit: „ἐγγενέσθαι . . . τοῖς βαρβάροις δόξαν ὡς Ἀχιλλεὺς ἐπίοι,“ haec ad versum Homericum „ἐλπόμενοι παρὰ ναῦφι ποδώκεα Πηλεΐωνα“ referri necesse est. Neque certe haec paraphrasis audacior est quam quas antea cognovimus, neque est, cur eam non ipsi Pausaniae tribuamus. Sed aliter iudicabimus scholiis B T ad *Π* 280 consultis. Ibi enim legimus: „ἐνδείκνυται δὲ ὁ ποιητὴς τοὺς πολλοὺς οὐκ ἀληθείᾳ, δόξῃ δὲ καὶ φαντασίᾳ τῶν πραγμάτων ἐχομένους.“ Apparet igitur Pausaniam scholia consuluisse atque inde „δόξαν“ illud

---

[1]) Cf. C. Robert „Archaeol. Miszellen“ Sitzb. d. bayr. Akad. 1916 2. Abhdlg. p. 14 sqq.

[2]) II 14, 3. cf. I 38, 2. 3 (v. infra p. 26).

sumpsisse. Id quod etiam de loco antea adlato ubi de Fortuna agitur valere neminem iam negaturum esse arbitror.

Contra alio loco scholia neglexit. Nam **VIII 37,5**, ubi de Titanis agitur, scribit Homerum primum eos in poesin introduxisse, esse autem deos sub tartaro habitantes: „*Τιτᾶνας δὲ πρῶτος ἐς ποίησιν ἐσήγαγεν Ὅμηρος, θεοὺς εἶναι σφᾶς ὑπὸ τῷ καλουμένῳ Ταρτάρῳ, καὶ ἔστιν ἐν Ἥρας ὅρκῳ τὰ ἔπη.*“ Haec, ut ipse dicit, ad librum *Ξ* 278 sq. spectant:

„*ὄμνυε δ' ὡς ἐκέλευε, θεοὺς δ' ὀνόμηνεν ἅπαντας*
τοὺς ὑποταρταρίους, οἳ Τιτῆνες καλέονται.“

Atque „*τοὺς ὑποταρταρίους*“ eum verbis „*ὑπὸ τῷ καλουμένῳ Ταρτάρῳ*“ reddere nemo mirabitur. Sed fugit eum hanc explicationem a veteribus interpretibus reiectam esse, cum infra Tartarum nihil esse posset, itaque Titanas in ipso Tartaro habitasse. Confer scholia B T ad *Ξ* 279: „*τοὺς ἐν τῷ Ταρτάρῳ ὄντας· οὐδὲν γάρ ἐστιν ὑπὸ Τάρταρον.*“

Neque vero semper tam accurate sensum versuum Homericorum reddit. Veteres quanti boves aestimaverint, ut ostendat Homerum testificatur quippe qui Iphidamanta Antenoris filium socero pro nova nupta prima munerum centum boves donasse narraverit **IV, 36,4**:

„*πεποίηκε δὲ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι, ὡς Ἰφιδάμας ὁ Ἀντήνορος τὰ πρῶτα τῶν ἕδνων ἑκατὸν βοῦς τῷ πενθερῷ δοίη.*“ Spectant haec ad versus *Λ* **244** sq., ubi legimus:

„*πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι' ὑπέστη.*“

sed Homerus vocabulum *πρῶτα* cum verbo *δῶκεν* coniungi vult, cui opponitur „*ἔπειτα . . . ὑπέστη*; Pausanias autem *πρῶτα* ad verba *ἑκατὸν βοῦς* rettulit, quod ut clarius faceret verba *τῶν ἕδνων* tamquam genetivum partitivum inseruit. Haec tamen eo excusari possunt, quod Homerus pergit:

„*αἶγας ὁμοῦ καὶ ὄις, τά οἱ ἄσπετα ποιμαίνοντο.*“

ubi dubitari potest, utrum *δῶκεν* an *ὑπέστη* supplendum sit. Hoc si placet, re vera boves priora, caprae et oves posteriora munera erant.

Graviora sunt, quae **I 13,9** legimus, ubi scribit: „*Ὅμηρος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου φησὶ τοῦ Πριάμου καὶ Ἀπόλλωνος ἀπολέσθαι* (sc. Achillem)“. Hoc ita factum esse nusquam Homerus in Iliade narrat, sed Hectorem morientem Achilli minitantem facit *X* 358 sqq.: „*φράζεο νῦν, μή τοί τι θεῶν μήνιμα γένωμαι*
ἤματι τῷ, ὅτε κέν σε Πάρις καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων
ἐσθλὸν ἐόντ' ὀλέσωσιν ἐνὶ Σκαιῇσι πύλῃσιν.“,

ubi monendum est rursus Pausaniam subiectum commutare. Neque tamen haec sententiae Homeri repugnant, quamvis minus accurate dicta sint. Contra alio loco prorsus contraria refert atque Homerus. Nam **X 31,3** de morte Meleagri illum haec narrare contendit: „*ἐς δὲ τοῦ Μελεάγρου τὴν τελευτὴν Ὁμήρῳ μέν ἐστιν εἰρημένα ὡς Ἐρινὺς καταρῶν ἀκούσαι τῶν Ἀλθαίας καὶ ἀποθάνοι κατὰ ταύτην ὁ Μελέαγρος τὴν αἰτίαν,*“. Sane Homerus *I* 571 sq. dicit:

„*τῆς* (Althaeae matris) *δ' ἠεροφοῖτις ἐρινὺς*
ἔκλυεν ἐξ ἐρέβεσφιν ἀμείλιχον ἦτορ ἔχουσα.“

Nihilo minus apud Homerum Meleager mortem non obit, sed tantum munera ab Aetolis ei pro auxilio promissa perdit, pergit enim poeta *I* 598 sq.: „*τῷ δ' οὐκέτι δῶρα τέλεσσαν πολλά τε καὶ χαρίεντα, κακὸν δ' ἤμυνε καὶ αὔτως.*“ Ceterum neminem fugiet Homerum vel potius Phoenicem, quem narrantem inducit, hac in re sibi contradicere; nam si Furia diras matris audivit, certum est eam Meleagrum morti daturam esse. Atque dudum perspectum est hanc veram mythi esse formam[1]), quam Phoenix eo consilio mutare debuit, ut Achilles Meleagrum exemplo sibi sumere posset. Sed fac Iliadem deperditam esse, nemo dubitaret, quin in hoc poemate Meleagri mors narrata fuisset. Itaque cavendum est, ne Pausaniae de carminibus deperditis aliquid affirmanti nimiam fidem praebeamus.

Alio quoque loco Homero sententiam aliquam ab eo alienissimam intrudit; nam **III 24,11** scribit: „*Ὅμηρος δὲ ἔγραψε μὲν τῆς ποιήσεως ἀρχόμενος ὡς Ἀχιλλεὺς χαριζόμενος τοῖς*

[1]) C. Robert „Studien zur Ilias“ p. 498. id. Hermes XXXIII (1898) p. 157.

Ἀτρέως παισὶ καὶ οὐκ ἐνεχόμενος τοῖς ὅρκοις τοῖς Τυνδάρεω παραγένοιτο ἐς Τροίαν,". Dicit sane Achilles iratus Agamemnona increpans *A* 158 sq.:

> „ἀλλὰ σοί, ὦ μέγ' ἀναιδές, ἅμ' ἑσπόμεθ' ὄφρα σὺ χαίρῃς,
> τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ σοί τε κυνῶπα."

Neque male Homerica illa „ὄφρα σὺ χαίρῃς" Pausanias verbo „χαριζόμενος" reddit, sed nihil apud Homerum de iure iurando legimus, quo Tyndareus Helenae procos obstrinxit. Immo antea Achilles dixit nullam sibi ipsi causam bellicandi esse, cum nusquam Troiani rura sua laeserint (*A* 154 sqq.). Accedit quod fabula, quae de iure iurando illo est, Homero prorsus ignota posterioribus demum temporibus orta est.

Simile aliquid evenit **VII 4,5**, ubi contendit Homerum in Iliade narrare Daedalum et ipsi Minoi et Minois filiabus artificia fecisse: „(Daedalus) αὐτῷ τε ἀγάλματα Μίνῳ καὶ τοῦ Μίνω ταῖς θυγατράσιν ἐποίησε, καθότι καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἐδήλωσε." Scriptor de conclamato illo choro cogitat, quem in Iliade Ariadnae Daedalus facit *Σ* 590 sqq.:

> „ἐν δὲ χορὸν ποίκιλλε περικλυτὸς ἀμφιγυήεις
> τῷ ἴκελον, οἷόν ποτ' ἐνὶ Κνωσῷ εὐρείῃ
> Δαίδαλος ἤσκησεν καλλιπλοκάμῳ Ἀριάδνῃ."

Sed vides de sola Ariadna sermonem esse neque de sororibus eius neque vero de ipso Minoe. Et rectius ipse Pausanias postea **IX 40,3** scribit: „ὁ τῆς Ἀριάδνης χορός, οὗ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι μνήμην ἐποιήσατο," (cf. VIII 16,3).

Gravius etiam alio loco peccatum est **VIII 29,2** „ἐν Ὀδυσσείᾳ δὲ ἔγραψε μὲν ὡς ταῖς Ὀδυσσέως ναυσὶ Λαιστρυγόνες ἐπέλθοιεν γίγασι καὶ οὐκ ἀνδράσι εἰκασμένοι,". Ultima verba ordine inverso verba *κ* 119 sq. reddunt:

> „. . . . Λαιστρυγόνες . . . .,
> . ., οὐκ ἄνδρεσσιν ἐοικότες, ἀλλὰ Γίγασιν."

Neque tamen in Odyssea Laestrygones in naves Ulixis impetum faciunt, sed in ripa stantes lapidibus eminus eas petunt, *κ* 121 sqq.:

> „οἵ ῥ' ἀπὸ πετράων ἀνδραχθέσι χερμαδίοισι
> βάλλον· ἄφαρ δὲ κακὸς κόναβος κατὰ νῆας ὀρώρει
> ἀνδρῶν ὀλλυμένων νηῶν θ' ἅμα ἀγνυμενάων."

Sed paulo antea narratum est duos Ulixis socios timidos ad naves fugisse, postquam Antiphates tertium socium necavit et comedit, *κ* 117:

> „τὼ δὲ δύ' ἀΐξαντε φυγῇ ἐπὶ νῆας ἱκέσθην."

Habes causam erroris, sive Pausanias neglegentius versus legit, sive e memoria attulit.

Sed aliter res sese habet **VIII 38,10**, ubi haec legimus: „τὸν μέν γε ἐπὶ τὰς Ἐχινάδας κατιόντα Ἀχελῷον διὰ τῆς Ἀκαρνάνων καὶ δι' Αἰτωλίας ἔφησεν ἐν Ἰλιάδι Ὅμηρος ποταμῶν τῶν πάντων ἄρχοντα εἶναι,".

Homerus *Φ* 194 sqq. dixit:

> „τῷ οὐδὲ κρείων Ἀχελώιος ἰσοφαρίζει,
> οὔτε βαθυῤῥείταο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο,
> ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα"

„Ἄρχοντα" Pausaniae Homerico „κρείων" accuratissime respondet, sed verba „ποταμῶν τῶν πάντων" ex versu 196 sumpta esse apparet, qui tamen ad Oceanum, non ad Acheloum spectat, ita ut hoc quoque loco Pausanias neglegentius egisse videri possit. Sed hac a culpa liberandus est. Nam ex scholiis B ad *Φ* 195 discimus Zenodotum versum 195 damnasse et enuntiatum relativum ad Acheloum rettulisse. Itaque editio, quam Pausanias manibus tenebat, Zenodotum secuta est, sicut eam etiam aliis locis a nostris discrepuisse iam supra docuimus.

His exemplis ea accedunt, ubi verba Homeri sine poetae nomine adferuntur. Velut **II 24,2** legimus:

> „. . . Διομήδους ἀνάθημα, ὅτι οἱ μαχομένῳ ποτὲ ἐν Ἰλίῳ τὴν ἀχλὺν ἀφεῖλεν ἡ θεὸς ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν."

Haec versum Iliadis *E* 127 ad verbum fere reddunt:

> „ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν,"

Deinde **VIII 4,10** de Lycurgo Arcadico scribit: „παρέ-

σχετο δὲ ἐς μνήμην Ἀρηίθοον ἄνδρα πολεμικὸν δόλῳ καὶ οὐ σὺν τῷ δικαίῳ κτείνας." Spectant haec ad versum *H* **142**:

> „*τὸν Λυκόοργος ἔπεφνε δόλῳ, οὔ τι κράτεΐ γε,*"

Mireris fortasse, unde Pausanias illa „*οὐ σὺν τῷ δικαίῳ*" pro Homerico „*οὔ τι κράτεΐ γε*" habeat, sed versu insequenti *H* 144 „*πρὶν γὰρ Λυκόοργος ὑποφθὰς*" Aristarchus pro *ὑποφθάς* legit *ἀναστάς* et interpretatus est: „*οἷον ἐκ λόχου ἀναστάς.*" Hanc Aristarchi lectionem ex scholiis sibi cognitam Pausanias ante oculos habere videtur, cum scribit: „*οὐ σὺν τῷ δικαίῳ.*"

Deinde **II 16,6,** ubi Pausanias scribit: „*εἰσὶ δὲ καὶ ὅσους σὺν Ἀγαμέμνονι ἐπανήκοντας ἐξ Ἰλίου δειπνίσας κατεφόνευσεν Αἴγισθος.*", verba *δ* **534/5** „*καὶ κατέπεφνε δειπνίσσας*" (cf. *λ* **411**) ante oculos habet.

Etiam longiorem Odysseae narrationem poeta non nominato satis accurate quamquam in brevius contractam reddit, ut rursus utriusque verba iuxta ponenda sint, **IV 36,3**: „*ταύτας γὰρ δὴ τὰς βοῦς* (sc. Iphicli) *Νηλεὺς ἕδνα ἐπὶ τῇ θυγατρὶ ᾔτει τοὺς μνωμένους,*

> *λ* 288 sqq. „*τὴν* (sc. *Πηρώ*) *πάντες μνώοντο περικτίται· οὐδέ τι Νηλεὺς*
> *τῷ ἐδίδου, ὃς μὴ ἕλικας βόας εὐρυμετώπους*
> *ἐκ Φυλάκης ἐλάσειε βίης Ἰφικληείης,*
> *ἀργαλέας*"

Paus. „*καὶ τούτων ἕνεκα ὁ Μελάμπους χαριζόμενος τῷ ἀδελφῷ Βίαντι ἀφίκετο ἐς τὴν Θεσσαλίαν,*"

> *λ* **291** sq. „*τὰς δ' οἶος ὑπέσχετο μάντις ἀμύμων ἐξελάαν*"

Paus. „*καὶ ἐδέθη μὲν ὑπὸ τῶν βουκόλων τοῦ Ἰφίκλου,*"

> *λ* **292** sq. „*χαλεπὴ δὲ θεοῦ κατὰ μοῖρα πέδησε,*
> *δεσμοί τ' ἀργαλέοι καὶ βουκόλοι ἀγροιῶται.*"

Ceterum etiam Odysseae versum notissimum in mente habet **V 18,4,** ubi scribit: „*Ἄτλας δὲ ἐπὶ μὲν τῶν ὤμων κατὰ τὰ*

λεγόμενα οὐρανόν τε ἀνέχει καὶ γῆν," sed minus accurate id dixit, nam apud Homerum de Atlante legimus *α* 53 sq.:

> „*ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς*
> *μακράς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι.*"

Neque enim quisquam narravit Atlantem et caelum et terram sustinere, sed aut ut Homerus columnas caelo et terrae interpositas aut caelum solum. Atque procul dubio etiam in Cypseli arca, de qua Pausanias illo loco verba facit, solum caelum umeris portabat, ut etiam titulus adscriptus docet: „*Ἄτλας οὐρανὸν οὗτος ἔχει, . .*"

Ceterum in eundem errorem etiam antea Pausanias cecidit **V 11,5** de Panaeni picturis scribens: „*ἐν δὲ αὐταῖς ἔστι μὲν οὐρανὸν καὶ γῆν Ἄτλας ἀνέχων,*" quamquam ipse postea Homeri versus **IX 20,3** accurate exscribit, quo de capite postea agemus.

Neglegenter etiam agit **VI 17,6,** ubi Clytidarum genus ita describit: „*Μελάμποδος γὰρ ἦν τοῦ Ἀμυθάονος Μάντιος, τοῦ δὲ Οἰκλῆς, Κλυτίος δὲ Ἀλκμαίωνος τοῦ Ἀμφιαράου τοῦ Οἰκλέους.*" Unde hoc stemma evadit:

Amythaon
|
Melampus
|
Mantios
|
Oïcles
|
Amphiaraus
|
Alcmaeon
|
Clytius.

Accurate haec congruunt cum Odysseae versibus *ο* 225 sqq. nisi quod ibi pro Mantio frater eius Antiphates Oïclis pater est. Neque tamen credi potest Pausaniam alium auctorem sequi quam Homerum. Nam omnes alii testes, qui de Me-

lampodis progenie agunt[1]), ab Odyssea pendent. Ille socordia seductus Mantium cum Antiphate commutavit.

Neque aliter explicandum est, quod **I 38,2. 3**, ubi, dum Homerum nominat, hymnum in Cererem ei attributum in mente habet, Eumolpum illic „*ἀγήνορα*“ dici adfirmat, cum in nostris libris legatur: (v. 154 sq.)

„καὶ ἀμύμονος Εὐμόλποιο
καὶ Δολίχου καὶ πατρὸς ἀγήνορος ἡμετέροιο,“.

Callidice igitur non Eumolpum, sed patrem suum Celeum hoc epitheto ornat. Fuerunt qui codicem Mosquensem, qui solus hymnum illum servavit, ex Pausania corrigere vellent. Sed post tot socordiae exempla iis asssentiri non possumus.

Praeter hymnum illum in Cererem scriptum etiam minores hymnos Homericos Pausanias cognitos habuisse et Homero attribuisse videtur. Nam **II 1,8. 9** de Castoribus scribit: *„οἱ Τυνδάρεω παῖδες, ὅτι δὴ σωτῆρες καὶ οὗτοι νεῶν καὶ ἀνθρώπων εἰσὶ ναυτιλλομένων.“,*
quae fere ad verbum respondent versibus hymni tricesimi tertii v. 6 sqq.:

„σωτῆρας τέκε (sc. Leda) *παῖδας ἐπιχθονίων ἀνθρώπων*
ὠκυπόρων τε νεῶν, ὅτε τε σπέρχωσιν ἄελλαι
χειμέριαι κατὰ πόντον ἀμείλιχον·“.

Postquam vidimus, quo modo Pausanias versus Homericos aut ipsos adscribere aut pedestri sermone reddere soleat, cuius rei infra etiam alia exempla passim adferemus, nunc, qua ratione testimoniis poetae immortalis utatur, quaeramus Interdum simpliciter et sine certo consilio eius mentionem facit, velut **II 29,4** in stemmate Aeacidarum describendo de Epeo dicit: *„Πανοπέως μὲν ἐγένετο Ἐπειὸς ὁ τὸν ἵππον τὸν δούρειον, ὡς Ὅμηρος ἐποίησεν, ἐργασάμενος,“* quae verba ad versum *ϑ* 492 sq. referenda sunt:

[1]) cf. C. Robert „Oidipus“ II p. 49 sqq.

„ἵππον . . . . ,
δουράτεον, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ,“

Ad Cranaen insulam Laconicam adnotat **III 22,1** Homero teste Alexandrum ibi primum cum Helena concubuisse. Confer Paridis in Iliade verba *Γ* 443 sqq.

„οὐδ᾽ ὅτε σε πρῶτον Λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς
ἔπλεον ἁρπάξας ἐν ποντοπόροισι νέεσσι,
νήσῳ δ᾽ ἐν Κρανάῃ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ,“

Homerum etiam in mente habet quamquam nomine eius celato, ubi de Lycurgo Arcadico **VIII 4,10** (cf. supra p. 23 sq.) aut de Leïto Boeotorum duce **IX 4,3** (cf. *B* 494: *„Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦρχον“*) agit. Artem rhetoricam redolet, si **IV 6,3** Aristomenem Messenium cum Achille comparat: *„Ῥιανῷ δὲ ἐν τοῖς ἔπεσιν οὐδὲν Ἀριστομένης ἐστὶν ἀφανέστερος ἢ Ἀχιλλεὺς ἐν Ἰλιάδι Ὁμήρῳ.“*

Etiam quod **VIII 15,6** Elephenora Euboeae incolas in Ilium duxisse indicat, ex catalogo *B* 540 hausit

„τῶν αὖθ᾽ ἡγεμόνευ᾽ Ἐλεφήνωρ, ὄζος Ἄρηος.“

Bis etiam hoc in libro, ubi Rhiani carmen secutus bellum Messenium enarrat[1]), res gestas cum Iliade confert. Nam primum **IV 28,6** sq. Messenios arma Lacedaemoniorum induentes exemplum Patrocli imitatos esse dicit: *„ἔστι μὲν δὴ τὸ σόφισμα Ὁμήρου, φαίνονται δὲ αὐτὸ ἐν δέοντι μιμησάμενοι καὶ οἱ Μεσσήνιοι, ἐπεὶ Πάτροκλόν γε ἐποίησεν ἐν Ἰλιάδι[2]) Ὅμηρος Ἀχιλλέως τὰ ὅπλα ἐνδύντα, καὶ ἐγγενέσθαι τε ἔφη τοῖς βαρβάροις δόξαν ὡς Ἀχιλλεὺς ἐπίοι[3]) καὶ τοὺς προτεταγμένους αὐτῶν ταραχθῆναι.“* Et cum **IV 12,2** Lacedaemonii centum viros in Ithomen quasi transfugas mitterent, ad Ulixis in Odyssea exemplum hoc eos fecisse adfirmat (*δ* 242 sq.).

[1]) Cf. Ud. d. Wilamowitz „Textg. d. gr. Lyriker“ p. 104 sq.
[2]) Cf. *Π* 130 sqq.
[3]) *Π* 280 sq.

Sed fortasse dicat aliquis non Pausaniae, sed ipsi Rhiano has comparationes deberi. At similem comparationem etiam in libro **III 7,7** invenimus, ubi de Rhiano cogitari nequit; nam ibi de Demarati partu ex Herodoto narrat Aristonem patrem infantis se esse negasse quod septimo mense natus erat. Hoc Pausanias eum fecisse adfirmat Iliadis de Eurystei partu narrationis (*T* 114—119) memorem, de qua nihil Herodotus. Itaque etiam in Messeniacis eum ipsum res gestas cum Homeri narrationibus comparavisse arbitramur.

Etiam ad argutias Pausanias Homero abutitur. Pyrrhi mortem cum narravisset **I 13,9**, addidit mirari se tribus Aeacidarum eundem vitae finem deorum voluntate obtigisse, nam Achillem a Paride et Apolline occisum esse, Pyrrhum vero Achillis filium Pythiae iussu a Delphis, Pyrrhum Epiroticum a Cerere, ut Argivi et Lyceas poeta traderent, qua in re scriptorum Iliadis sententiam non accurate reddere iam supra (p. 21) monuimus. Quod vero Achillis filium Pyrrhum nominat, facit hoc homonymiae causa, cum ipse postea recte dicat Pyrrhi nomen Homero ignotum esse **(X 26,4)**.

Deinde, ubi de Pulydamantis validissimi pugilis Thessali fine agit, sententiae instar Homeri versum *Z* 407

„δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος, . . .“

his verbis indicat **VI 5,8:**

„ἔμελλε δὲ ἄρα τὸ ὑπὸ Ὁμήρου προθεσπισθὲν ἄλλους τε τῶν φρονησάντων ἐπὶ ἰσχύι καὶ Πουλυδάμαντα ἐπιλήψεσθαι, καὶ ὑπὸ τῆς αὐτοῦ ῥώμης ἔμελλεν ἀπολεῖσθαι καὶ οὗτος.“ Nam cum Pulydamas cum sodalibus aestate caloris evitandi causa in speluncam se reddidisset, tectum speluncae illius subito ruinam minitabatur, et cum alii omnes fugissent, Pulydamas solus robore confisus restitit bracchiis sublatis lapides sustinere se posse sperans, sed mox a lapidibus oppressus mortem obiit.

Denique **II 7,1**, ubi Sicyonem urbem a Demetrio deletam esse narrat, causam infirmitatis eius non aliam quaerendam esse profitetur quam Iovis voluntatem verba Homeri de deo supremo adponens (*B* 117):

„ὃς δὴ πολλῶν πολίων κατέλυσε κάρηνα (cf. supra p. 5). Ceterum simili modo paulo post Herodoti dicto utitur, ubi de antiquo Minervae templo fulmine diruto agit **II 11,1:** *„. . οὐ πόρρω τῆς πόλης ναός ἐστιν Ἀθηνᾶς, ὃν Ἐπωπεύς ποτε ἀνέθηκε μεγέθει καὶ κόσμῳ τοὺς τότε ὑπερβεβλημένον. ἔδει δὲ ἄρα χρόνῳ καὶ τοῦδε ἀφανισθῆναι τὴν μνήμην, κεραυνοῖ ὁ θεὸς αὐτὸν,“* (sicut ex Herodoto **VII 10,ε** traditum *„κεραυνοῖ ὁ θεός“* egregie correxit Wernicke[1]); nam apud illum legimus: *„ὁρᾷς τὰ ὑπερέχοντα ζῷα ὡς κεραυνοῖ ὁ θεὸς οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέν μιν κνίζει· ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα αἰεὶ καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτα ἀποσκήπτει τὰ βέλεα. φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν.“* Hoc eo magis monendum est, quod Spironem haec emendatio fugit).

Cum **X 32,18** narravisset Romanum quendam Isidis adytum intrare ausum et egressum narratis eis, quae vidisset, statim mortem obiise, recte Homerum dicere addidit non licere hominibus deos ipsos inspicere. Quo de loco confer, quae supra disputavimus (p. 12).

Sed multo saepius Homeri testimonio utitur, ut res aliquas vel memorias populares aut confirmet aut explicet.

Initium faciamus a rebus sacris.

In Lechaeo **(II 3,4)**, Corinthi portu, Mercurii simulacrum erat, ad quod prope adstabat aries, nempe animal deo illi sacrum. Id quod Pausanias inde explicat, quod Mercurium pecudum tutorem et patronum esse adfirmat teste Homero *Ξ* **490** sq.:

„υἱὸν Φόρβαντος πολυμήλου, τόν ῥα μάλιστα
Ἑρμείας Τρώων ἐφίλει καὶ κτῆσιν ὄπασσε“

Patris in oppido Apollinis statua uno pede bovis calva insistebat. Adfert scriptor **(VII 20, 4. 5)** Apollinem boves in deliciis habere idque ex Neptuni in Iliade verbis adparere *Φ* 446 sqq.:

[1]) „De Pausaniae periegetae studiis Herodoteis“ Diss. Berol. 1884 p. 86.

„ἦ τοι ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν πέρι τεῖχος ἔδειμα
εὐρύ τε καὶ μάλα καλόν, ἵν' ἄῤῥηκτος πόλις εἴη·
Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες"

Aliis locis dei alicuius epitheton ex Homero explicat. Neptunus et aliis in oppidis et Thelpusae Ἵππιος nominabatur. Qua occasione data Pausanias commemorat **(VIII 25,8)** Arionem celeberrimum equum Neptuni filium esse, cuius rei testimonium adfert aut potius incolas adferre contendit versus Iliadis *Ψ* 346 sq.:

„οὐδ' εἴ κεν μετόπισθεν Ἀρείονα δῖον ἐλαύνοι,
Ἀδρήστου ταχὺν ἵππον, ὃς ἐκ θεόφιν γένος ἦεν."

Haec cum recte observasse videatur, dubitari potest, num recte dicat Minervam ab Amphitryone ut tradebant dedicatam ideo Zosteriam vocari **(IX 17,3)**, quod veteres cingi *(ζώννυσθαι)* eodem sensu dixerint atque arma sumere, cuius rei Homerum in Iliade (*B* 479) testem esse[1]); nam dubitationem inicit, quod in Attica Minerva Zosteria Lucinae munere fungi dicebatur.[2]) Certe hanc explicationem scriptor non aliunde sumpsit, sed ipse sibi excogitavit.

Idem valet de duobus aliis locis, ubi rursus Iliadem Homero non nominato ad explicandum epitheton quoddam divinum adhibuit.

Nam **II 24,2** Minervae Argis a Diomede dedicatae epiclesin Ὀξυδερκής — id est oculis acutis praedita — inde explicat, quod in Iliade dea heroi pugnanti tenebras ab oculis tollit.[3]) Sed re vera epitheton eo spectat, quod Palladium Troianum, quod a Minerva illa Argiva non diversum est, oculis micuisse dicitur.[4])

Deinde ab eodem Diomede in litore Laconico templum Apollinis Epibaterii aedificatum esse narrabant **(II 32,2)**. Apollinem navigantium, et cum portum relinquerent et cum rursus intrarent, patronum fuisse nemo est qui nesciat. Sed Diomedem hoc templum dedicasse adfirmat, postquam a Troia rediens formidolosam illam tempestatem effugit. In mente habet Odysseae versus *δ* 499 sqq., ubi de Argivorum apud scopulos Gyraeos calamitate sermo est. Sed fugit eum Nestore teste Diomedem non cum Agamemnone Aiante aliis reditum fecisse, sed cum Nestore et Menelao, et nullum prorsus maris periculum expertum incolumem litus paternum Argivum adpulisse per quattuor dies ab Euboea navigantem neque omnino litus Laconicum tetigisse. *γ* 176—182:

„ὦρτο δ' ἐπὶ λιγὺς οὖρος ἀήμεναι· αἱ δὲ μάλ' ὦκα
ἰχθυόεντα κέλευθα διέδραμον, ἐς δὲ Γεραιστὸν
ἐννύχιαι κατάγοντο· Ποσειδάωνι δὲ ταύρων
πόλλ' ἐπὶ μῆρ' ἔθεμεν πέλαγος μέγα μετρήσαντες·
τέτρατον ἦμαρ ἔην, ὅτ' ἐν Ἄργεϊ νῆας ἐΐσας
Τυδεΐδεω ἕταροι Διομήδεος ἱπποδάμοιο
ἵστασαν· . . ."

En novum Pausaniae socordiae exemplum.

Neque ubi de divinitatum nominibus propriis quaestio oritur, Homerum neglegit:

Neptuni et Cereris filiam, quae Lycosurae colebatur, Despoenam nominatam esse notum est **(VIII 37,9)**. Adnotat Pausanias eandem deam ab aliis Iovis filiam *(Διὸς Κόρη)* nominari, verum autem eius nomen Proserpinam *(Περσεφόνη)* esse, quo et Homerus *κ* 491 sqq.[1]) et ante eum Pamphos usus sit.

Ganymedam deam, quae Phliunte templum possidebat **(II 13,3)**, postea Heben nominatam esse dicit et Homerum eius nominis mentionem facere *Δ* 2:

---

1) Qua de re supra (p. 10) disputavimus.
2) Preller-Robert „Griechische Mythologie" I p. 194, 5.
3) Cf. quae supra (p. 23) disputavimus.
4) Cf. Sarkoph. Rel. II p. 146—148 tab. L.

---

1) „εἰς Ἀίδαο δόμους καὶ ἐπαινῆς Περσεφονείης
ψυχῇ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο,
μάντηος ἀλαοῦ, τοῦ τε φρένες ἔμπεδοί εἰσι·
τῷ καὶ τεθνηῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
οἴῳ πεπνῦσθαι."
cf. *κ* 534. 564. *λ* 47. 213. 226. 386. 685. I 457. 569 alia.

„. . . μετὰ δέ σφισι πότνια Ἥβη
νέκταρ ἐῳνοχόει.“

Non longe a Phigalia Eurynome vetustum templum possidebat, quod nomen recte incolae pro Dianae epitheto habuisse videntur. Certe Eurynomen Dianae persimilem fuisse nemo est, qui negare possit. Sed Pausanias **(VIII 41, 5—6)**, aut ut ipse dicit, antiquarii indigenae hanc Eurynomen eandem esse, quam Homerus (*Σ* 399) Oceani filiam diceret, contenderunt. Cuius rei argumentum Pausanias adfert, quod simulacrum deae in piscem desinat neque quicquam Dianae cum piscibus sit commune. Qua in re mirum in modum erravit, nam etiam piscatorum deam pisciumque patronam Dianam esse nemo negabit, qui Dictynnae **(III 24,9)** meminerit. Atque in vasculo Boeotico geometricae quam dicunt aetatis piscis mirae magnitudinis vestem deae ornat.[1]) Sed concedendum est mixta Dianae simulacra hodie non extare. Attamen de fide auctoris hac in re dubitare licet. Nam ipse simulacrum non vidit, quod uno tantum anni die profanis ostendi solebat. Pausanias autem alio die se Phigaliam visitasse narrat et quae profert ab incolis re vera audivisse. Fac haec eum non ab incolis re vera audivisse, sed apud paradoxographum quendam legisse, fide snarrationis eo non augetur.

Elis solum Graeciae oppidum erat, ubi deus inferorum *Ἅιδης* templum possidebat. Sed ipsa Pausaniae verba adscribenda sunt **VI 25,2. 3:** *„ἀνθρώπων δὲ ὧν ἴσμεν μόνοι τιμῶσιν Ἅιδην Ἠλεῖοι κατὰ αἰτίαν τήνδε. Ἡρακλεῖ στρατιὰν ἄγοντι ἐπὶ Πύλον τὴν ἐν τῇ Ἤλιδι, παρεῖναί οἱ καὶ Ἀθηνᾶν συνεργὸν λέγουσιν· ἀφικέσθαι οὖν καὶ Πυλίοις τὸν Ἅιδην συμμαχήσοντα τῇ ἀπεχθείᾳ τοῦ Ἡρακλέους, ἔχοντα ἐν τῇ Πύλῳ τιμάς. ἐπάγονται δὲ καὶ Ὅμηρον τῷ λόγῳ μάρτυρα ποιήσαντα ἐν Ἰλιάδι* (*E* 395—397):

„τλῆ δ' Ἀίδης ἐν τοῖσι πελώριος ὠκὺν ὀιστόν,
εὖτέ μιν ωὐτὸς ἀνὴρ υἱὸς Διὸς αἰγιόχοιο
ἐν Πύλῳ ἐν νεκύεσσι βαλὼν ὀδύνῃσιν ἔδωκεν“.

---

[1]) cf. Ephem. Arch. 1892 pin. 8—11.

εἰ δὲ κατὰ τὴν Ἀγαμέμνονος καὶ Μενελάου στρατείαν ἐπὶ Ἴλιον Ποσειδῶν τῷ Ὁμήρου λόγῳ τοῖς Ἕλλησιν ἐπίκουρος ἦν, οὐκ ἂν ἄπο τοῦ εἰκότος οὐδὲ Ἅιδην εἴη δόξῃ γε τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ, Πυλίοις ἀμῦναι.“ Conclamata apud antiquos controversia erat, quo modo verba *„ἐν Πύλῳ ἐν νεκύεσσι“* accipienda essent. Qui ad ultima duo verba maxime animum intendebant, de inferis cogitabant, ut fecit pictor vasculi ab Alexandro Conze edito[1]), in quo Hercules Orcum ingressus, ut Cerberum abduceret, Plutonem fugientem lapidibus insequitur. Aristarchus quoque hanc opinionem amplexus est. Confer Schol. T ad *E* 397: *„Ἀρίσταρχος „πύλῳ“ ὡς χόλῳ καὶ ἑσπέρῳ. ἀλλὰ πληθυντικῶς ἀεὶ λέγει· „ὠίγνυντο πύλαι“* (*B* 809)· *„πύλας Ἀίδαο“* (*E* 646)· *ἐν τῇ Πύλῳ οὖν φησιν.“* Schol. D ad *E* 397: *„ὁ μὲν Ἀρίσταρχος τὸν πύλον ἀκούει κατὰ μεταπλασμὸν ἀντὶ τοῦ πύλην, ὡς ἀπὸ τοῦ πολύαρνι πολυάρνῳ, καὶ τὸ ἐν νεκύεσσι κυρίως ἀκούει, ἔνθα αἱ τῶν τελευτώντων ἀναχωροῦσαι ψυχαί.“* Sed repugnant ei verba priora *ἐν Πύλῳ*, cum Homerus semper, ubi de Orci portis agitur, *πύλαι* scribat. Neque haec difficultas eo tolli potest, quod Aristarchus *„μεταπλασμὸν ἀντὶ τοῦ πύλην“* statuit, nam restat casus singularis. — Alii de Herculis contra Neleum expeditione cogitaverunt et verba *„ἐν νεκύεσσι“* de Nelei filiis occisis intellexerunt, id quod satis obscure dictum esset. Haec sententia est mythographorum (Confer Apollodorum II 7, 3, 1: *„κατὰ δὲ τὴν μάχην καὶ Ἅιδην ἔτρωσε Πυλίοις βοηθοῦντα.“*) eamque etiam Pausanias secutus est, aut, si vera tradit, ipsi Elei. Quod vero Pausanias Herculem a Minerva adiutum esse dicit, redit hoc ad catalogos Hesiodeos, ubi tamen nihil de Plutone narratum fuisse videtur (fr. 14,7 Schol. Laur. Apoll. Rhod. Arg. *A* 156: *„βουλῇ Ἀθηναίης.“*). Etiam longius progressus est mythographus, quem Scholia A ad *E* 392 exscribunt, qui a Nelei parte praeter Plutonem etiam Neptunum (scilicet Nelei patrem) et Iunonem (quippe quae in Iliade et ipsa ab Hercule vulneraretur), ab Herculis autem parte praeter Minervam etiam Iovem stetisse

---

[1]) Archaeol. Zeitg. 1859. tab. 125.

narravit. Hoc igitur ob beneficium Elei se Plutonem colere dicebant. Atque cum Elis oppidum satis recens sit, revera fieri potest, ut propter Homeri versus Orco templum sacraverint. Quod si concedimus, tamen observandum est Pausaniam sibi ipsum contradicere. Nam primum contendit Eleos *„κατὰ αἰτίαν τήνδε,“* itaque post pugnam commissam, Orci cultum condidisse **(VI 25,2)**, in ipsa autem narratione *„τὸν Ἅιδην συμμαχήσοντα ... ἔχοντα ἐν τῇ Πύλῳ τιμάς“* venisse dicit. Itaque iam ante pugnam a Pyliis cultus sit necesse est. Possis sane de Pylo Triphyliae cogitare, ubi Orco templum fuisse Strabo **VIII 344** memoriae tradit. Sed Pausanias ipse paulo antea *„Πῦλον τὴν ἐν τῇ Ἤλιδι“* scripsit. — Solus Pausanias tradit Orcum *„τῇ ἀπεχθείᾳ τοῦ Ἡρακλέους“* — scilicet propter Cerberum raptum — Pylios adiuvisse. Sed hoc procul dubio aliunde sumptum est.

Epidaurium sacrum celeberrimum dum describit **(II 26,10)**, Aesculapium iam a principio deum fuisse contendit. Id quod et aliis testimoniis, quae exscribere omittit, et imprimis Homeri testimonio stabilire conatur. Nam apud Homerum Agamemnonem dicere:

> *„Ταλθύβι' ὅττι τάχιστα Μαχάονα δεῦρο κάλεσσον*
> *φῶτ' Ἀσκληπιοῦ υἱόν,“* (*Δ* 193/4)

ὡς ἂν εἰ λέγοι θεοῦ παῖδα ἄνθρωπον.“ Itaque Pausanias *φῶτα* pro *ἄνθρωπον* dici arbitratur, cui nomen *Ἀσκληπιοῦ* id est *θεοῦ* opponi putat. Quae sententia refellitur versu *Φ* 516 *„φῶτ' Ἀντήνορος υἱὸν ..“*. Accedit quod Pausanias versum Homericum non totum exscripsit; nam sequuntur verba *„ἀμύμονος ἰητῆρος“*, e quibus alii rectissime concluserunt Aesculapium apud Homerum hominem esse, non deum. Confer Scholia T ad *Λ* 518 *„τὸ „ἀμύμονος“ τοῦ ἰατῆρός ἐστιν ἐπίθετον. θνητοῖς γὰρ εἴωθεν Ὅμηρος τάσσειν τὸ ἐπίθετον· καὶ ἀμύμονα γοῦν Πήδασόν φησιν* (*Π* 152)“. Eandem sententiam etiam Apollodorus in Chronicis[1]) professus est, ubi Asclepii apotheosin commemorat. Num vero

[1]) Apollod. Chron. fr. 119 (Jacoby).

Pausanias verba illa gravissima et opinioni suae contraria ingenue omiserit an dolose, in medio relinquo. Sed non omittendum est unum quantum ego sciam Galenum[1]) Aesculapium ortu deum dixisse idque dubitanter. Scribit enim de eo et Baccho: *„εἴτ' ἄνθρωποι πρότερον ἤστην εἴτ' ἀρχῆθεν θεοί.“* Hoc ideo memoria dignum est, quod Pausaniam a Galeno curatum esse constat[2]); itaque fieri potest, ut grato animo medico suo assentari voluerit.

Quae ceteroquin de rebus divinis ex Homero Pausanias adfert, minoris momenti sunt.

Fortunae Pharis in oppido Messeniae templum ansam ei praebet, ut de hac dea disputet. Primum Homerum in hymno in Cererem scripto eius mentionem facere **(IV 30,4)** (v. v. 417. 418. 420):

> *„ἡμεῖς μὲν μάλα πᾶσαι ἀν' ἱμερτὸν λειμῶνα,*
> *Λευκίππη Φαινώ τε καὶ Ἠλέκτρη καὶ Ἰάνθη*
> *Μηλόβοσίς τε Τύχη τε καὶ Ὠκυρόη καλυκῶπις,“*[3])

sed nihil de magnitudine aut muneribus eius addere, cum in Iliade Minervam et Enyonem militibus praeesse, Dianam parturientibus adesse, Venerem nubentibus favere dicat, quibus de verbis supra (p. 18 sqq.) disputavimus. Adnectit disputationi suae haec verba de Fortuna: *„ὡς ἡ θεός ἐστιν αὕτη μεγίστη θεῶν ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασι καὶ ἰσχὺν παρέχεται πλείστην“*, quae verba ex Pindari hymno deperdito sumpta sunt, quem ipse et in fine capitis et in libro **VII 26,8** affert. Quae vero post Homeri mentionem hoc in capite sequuntur, haec ex huius hymni scholiis deperditis exscripta sunt.[4])

Spartae Somni et Mortis (*Ὕπνου καὶ Θανάτου*) simulacra vidit **(III 18,1)**; fratres eos in Iliade esse adnotat. (*Ξ* 231, *Π* 672).

Lycosurae postquam Anytum Despoenae tutorem e Titanis

[1]) Cf. Galeni Protreptici quae supersunt ed. G. Kaibel 1914 p. 12, 25—26.
[2]) C. Robert „Paus. a. Schriftst.“ p. 278.
[3]) cf. supra p. 9.
[4]) cf. Sitzb. d. bayr. Akad. 1916 l. s. c. p. 22 c.

esse dixit, Titanas primum ab Homero in poesin introductos esse adnotat **(VIII 37,5)** Ξ 278 sq.

> *„ὄμνυε δ' ὡς ἐκέλευε, θεοὺς δ' ὀνόμηνεν ἅπαντας*
> *τοὺς ὑποταρταρίους, οἳ Τιτῆνες καλέονται“*

Quod vero addit: *„θεοὺς εἶναι σφᾶς ὑπὸ τῷ καλουμένῳ Ταρτάρῳ“*, de eo iam supra disputavimus (p. 20.).

Phidias in sede Iovis Olympiaci tres Horas posuit **(V 11,7)**. Iis apud Homerum caeli portas curandas commissas esse adnotat. Quod vero antea dixit: *„εἶναι γὰρ θυγατέρας Διὸς καὶ ταύτας ἐν ἔπεσίν ἐστιν εἰρημένα·“*, haec non ad Homerum sed ad Hesiodum spectant Th. 901.

Arcadem nympham Dryadem uxorem habuisse narrat **(VIII 4,2)**. Addit praeter Dryadas etiam Epimeliadas et Naïdas nymphas existere. Homerum autem maxime Naïdum mentionem facere. (ι 22. ν 104. 356).

Lini carminis popularis ab Homero in Achillis scuto describendo commemorati (Σ 569/70) ut mentionem faceret, pueri, a quo carmen nomen dixit, statua Ascrae posita ei occasionem dedit. Probare enim vult Linum Graecum fuisse, cum carmen illud etiam Aegyptiis nomine *Μανέρως* notum fuisse adnotaverit Scribit igitur **IX 29,7**: *„οἱ δὲ Ἕλλησιν ἔπη ποιήσαντες, Ὅμηρος μέν, ἅτε ᾆσμα Ἕλλησιν ὂν ἐπιστάμενος τοῦ Λίνου τὰ παθήματα, ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλέως ἔφη τῇ ἀσπίδι ἄλλα τε ἐργάσασθαι τὸν Ἥφαιστον καὶ κιθαρῳδὸν παῖδα ᾄδοντα τὰ ἐς Λίνον·*

> *„τοῖσι δ' ἐνὶ μέσσοισι πάις φόρμιγγι λιγείῃ*
> *ἱμερόεν κιθάριζε, Λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν·“*

Πάμφως δέ“, κτλ.

Rhadamanthum Homero teste in Elysio versari **VIII 53,4** dicit, quo de loco iam supra (p. 18) disputavimus. Inserta haec sunt Minois genealogiae.

Denique cum Chaeronenses Agamemnonis sceptrum se possidere contenderent, Iliadis versus illos, de quibus supra (p. 16) diximus, **IX 40,11** pedestri sermone reddidit.

Etiam de ritibus Homerum testem adlegat.

In Cephisi fluminis Attici ripa pueri cuiusdam statuam videt tonso propter luctum capillo **(I 37,3)**. Quae statua ei Homeri de Peleo Achilleque versus in mentem revocat, de quibus supra dictum est (p. 10).

Tegeae in foro Pausanias anaglyphum vidit **(VIII 48, 1)**, in quo Iasius Arcas expressus erat, quem Olympiae in primis ludis ab Hercule factis equo vicisse ferebant (cf. V 8,4). Imago sinistra equum ducebat, dextra palmae ramum tenebat. Quae res Pausaniam movet, ut de coronis in quattuor ludis sacris Graecorum usitatis disserat. Olympiae victores oleastro, Delphis lauro, in Isthmo pinu, Nemeae selino coronari. Sed plerisque in ludis palmae coronam usitatam esse atque ubique victori palmam in manum dari. Causam vero huius ritus esse, quod Theseus, cum a Creta redux in Delo insula Apollini ludos faceret, victores corona palmari donavisse dicatur. Palmae vero Deliacae, unde scilicet has coronas eum prehendisse putandum est, iam Homerum mentionem facere. In mente habet Ulixis celeberrima verba

> ζ 162 sq.: *„Δήλῳ δή ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ*
> *φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα·“.*

At nonnulla in Pausaniae dissertatione sunt, quae scrupulum iniciant. Adparet eum in eo haesisse, quod Olympionica palmam gerebat, cum Olympiae coronae laureae in usu essent. Itaque eo procedit, ut contendere audeat ubique victoribus ludorum palmas in manus dari. Quod ut de scriptoris tempore valeat, certe non valet neque de aetate heroica neque de saeculis Alexandro Magno anterioribus. Immo constat palmam primum Nemeae victoriae symbolum factum esse, cum ibi quoque huius speciei arbor existeret.[1]) Itaque Nicias Nemeam leoni insidentem palmiferam pinxit (Plin. n. h. XXXV 27) et iam ante eum Pamphilus victorem Nemeorum palmam gerentem (Plin. XXXV 75), quam picturam scalptor anaglyphi

---

[1]) cf. Victor Hehn „Kulturpflanzen und Haustiere“ [7] 1902 p. 268 sqq.

Athenis effossi imitatus est.[1]) Denique in cratere marmoreo Romano[2]) Nemea palmae ramo innixa Herculi cum leone luctanti adstat. Hellenistica demum quam dicunt aetate palma omnium victoriarum, etiam militarium, signum facta est. Unde sequitur anaglyphum Tegeaticum eo tempore antiquius esse non posse.

De historia fabulari Homerum a Pausania saepius consultum esse consentaneum est. Atque de Meleagri morte non recte eum poetae sententiam reddere iam supra vidimus (p. 21). — Etiam quae de Tiresia vel post mortem mentis compote ex Odyssea refert, iam docuimus (p. 13). Reges Thebanos ubi enumerat (**IX 5, 6**), de Amphione et Zetho Odysseae testimonium adscribit *λ* 263 sqq.:

„οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο
πύργωσάν τ', ἐπεὶ οὐ μὲν ἀπύργωτόν γ' ἐδύναντο
ναιέμεν εὐρύχορον Θήβην, κρατερώ περ ἐόντε.“

Quod vero hi versus fabulae volgari repugnant, quae Cadmum Thebarum conditorem esse ferebat, ita explicat, ut Antiopae filios urbem inferiorem Cadmeae adiecisse dicat[3]): *„ὡς δὲ ἐβασίλευσαν, τὴν πόλιν τὴν κάτω προσῴκισαν τῇ Καδμείᾳ,“* id quod iam antea (**II 6,4**) narraverat: *„Ὅμηρος δὲ σφᾶς ἀνήγαγεν ἐπὶ τὸ σεμνότερον τοῦ γένους* (scil. ab uno Iove, non a Iove et patre mortali Epopeo procreatos eos dicens) *καὶ Θήβας φησὶν οἰκίσαι πρώτους, ἀποκρίνων τὴν κάτω πόλιν ἐμοὶ δοκεῖν ἀπὸ τῆς Καδμείας.“*[4]) Deinde recte observat fabulam, quae Amphionem ad aedificandum lyra sua usum esse tradit, ab Homero alienam esse. Quae autem in libro IX 5, 6 addit: *„καὶ Θήβας ὄνομα ἔθεντο κατὰ συγγένειαν τὴν*

[1]) Bull. Hell. V (1881) pl. III. Ephem. Arch. 1890 *σελ.* 207 *πίν. παρένθ.* 1.

[2]) Zoëga Li Bassirilievi ant. di Roma LXII p. 42.

[3]) Aliam viam ingressus scholiasta Stat. Theb. VII 373 Cadmum et Antiopae filios aequales fuisse finxit; dicit enim de Amphione: qui summa dulcedine testudinis Cadmo Thebas condenti in eo loco auxiliatus est, ut saxa ultro per se applicarentur ad muros.

[4]) cf. C. Robert „Pausanias als Schriftsteller“ p. 172.

Θήβης.“, haec eo spectant, quod *Θήβη* Zethi uxor fuisse dicebatur.[1])

Thesei et Pirithoi clarissimae amicitiae duo ex Homero testimonia adscribit (**X 29,10**), ex Odyssea *λ* 630 sq.

„καί νύ κ' ἔτι προτέρους ἴδον ἀνέρας, οὓς ἔθελόν περ,
Θησέα Πειρίθοόν, τε θεῶν ἐρικυδέα τέκνα.“

et ex Iliade *A* 262 sqq.:

„οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας οὐδὲ ἴδωμαι
οἷον Πειρίθοόν τε Δρύαντά τε ποιμένα λαῶν
Καινέα τ' Ἐξάδιόν τε καὶ ἀντίθεον Πολύφημον
Θησέα τ' Αἰγείδην ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν.“

Bellerophontem non regem sed Proeti dicioni subiectum fuisse Argivos recte narrare ex Homero probat **II 4,2:** *„Βελλεροφόντην δὲ οὐκ αὐτοκράτορα ὄντα βασιλεύειν, εἶναι δὲ ἐπὶ Προίτῳ καὶ Ἀργείοις ἐγώ τε πείθομαι καὶ ὅστις τὰ Ὁμήρου μὴ πάρεργον ἐπελέξατο.“*

Z 157 sqq *„. . . αὐτάρ οἱ Προῖτος κακὰ μήσατο θυμῷ,*
ὅς ῥ' ἐκ δήμου ἔλασσεν, ἐπεὶ πολὺ φέρτερος ἦεν,
Ἀργείων· Ζεὺς γάρ οἱ ὑπὸ σκήπτρῳ ἐδάμασσε.“

Achillis filium ab Homero semper Neoptolemum, numquam Pyrrhum vocari recte statuit **X 26, 4:** *„τοῦ δὲ Ἀχιλλέως τῷ παιδὶ Ὅμηρος μὲν Νεοπτόλεμον ὄνομα ἐν ἁπάσῃ οἱ τίθεται τῇ ποιήσει'“.*

T 327 *„εἴ που ἔτι ζώει γε Νεοπτόλεμος θεοειδής.“*
λ **506** *„αὐτάρ τοι παιδός γε Νεοπτολέμοιο φίλοιο“*

κτλ. (cf. supra p. 28).

Tydei sepulcrum, quod Thebani ante portas Proetidas ostendebant (**IX 18, 2**), Pausanias aut, ut simulat, ipsi Thebani ex versu Homerico *Ξ* 114 probaverunt:

„Τυδέος, ὃν Θήβῃσι χυτὴ κατὰ γαῖα καλύπτει.“

Quem versum, cum communi opinioni, quae septem Argivorum duces Eleusine sepultos esse volebat, repugnaret, gram-

[1]) Apollod. III 5, 6, 1.

matici Alexandrini obelo notaverunt.[1]) Sed qui rerum fabularum historiam bene cognitam habent, hodie consentiunt Atticam illam traditionem[2]) iuniorem esse epica narratione a Thebanis ipsis libenter accepta, quae cum Tydea tum ceteros praeter Adrastum duces in terra Thebana iacere memoriae prodidit.[3]) Quod vero Pausanias addit Tydea a Maeone Thebano sepultum esse, spectant haec ad Agamemnonis in Iliade narrationem *Δ* 397 sqq., qui Tydea, cum omnes iuvenes Thebanos iussu Cadmeorum sibi insidiatos necavisset, uni Maeoni pepercisse dicit. Itaque eum pietatis et gratitudinis ergo corpus Tydei humo tradidisse posteri narraverunt.

Postquam Licymnii Electryonis filii Alcmenae fratris sepulcrum in Cylarabi gymnasio celeberrimo Argivo situm commemoravit, ex Homero addit Tleptolemum Herculis filium hunc avunculum suum occidisse et propter hanc culpam ex Argis fugisse (**II 22, 8**): *„ἀποθανεῖν δ' αὐτὸν Ὅμηρος ὑπὸ Τληπτολέμου φησὶ τοῦ Ἡρακλέους, καὶ διὰ τὸν φόνον τοῦτον ἔφυγεν ἐξ Ἄργους Τληπτόλεμος."* Sunt autem versus catalogi *B* 661 sqq.:

„Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ,
αὐτίκα πατρὸς ἑοῖο φίλον μήτρωα κατέκτα,
ἤδη γηράσκοντα Λικύμνιον, ὄζον Ἄρηος.
αἶψα δὲ νῆας ἔπηξε, πολὺν δ' ὅ γε λαὸν ἀγείρας
βῆ φεύγων ἐπὶ πόντον· ἀπείλησαν γάρ οἱ ἄλλοι
υἱέες υἱωνοί τε βίης Ἡρακληείης".

Animadverte Pausaniam fugam Tleptolemi, etsi ea quoque apud Homerum legitur, oratione directa referre, tamquam eam de suo addiderit.

Tegeatarum in foro Pausanias sepulcra herois eponymi Tegeatae Lycaonis filii uxorisque eius Maerae invenit. Hanc

---

[1]) Schol. AT ad *Ξ* 114: *„Ζηνόδοτος ἠθέτει· παρὰ δὲ Ἀριστοφάνει οὐδὲ ἦν."*

[2]) cf. Schol. *T* ad *Ξ* 114: *„[οὐ] κατὰ τοὺς τραγικοὺς ἐν Ἐλευσῖνι μετηνέχθησαν οἱ περὶ τὸν Καπανέα."*

[3]) C. Robert „Oidipus" I p. 195 sqq.

Maeram incolae pro Atlantis filia habuerunt (**VIII 48, 6**). Pausanias autem eam eandem esse putat, cuius Homerus in Necyia mentionem facit *λ* 326:

„Μαῖράν τε Κλυμένην τε ἴδον στυγερήν τ' Ἐριφύλην.

Tegeates et Maera etiam in Scephri et Limonis fabula, quam Pausanias paulo post **VIII 53, 1** sq. refert, partes suas habent. Et antea in Mantineae descriptione scriptor alterum Maerae sepulcrum in vico homonymo commemoraverat **VIII 12, 7**. At ubi de Maera a Polygnoto in pariete Lesches Delphicae inter ceteras Necyiae heroinas iuxta Actaeonem picta agit (**X 30, 5**), et Arcadicae huius Maerae et suorum ipsius verborum prorsus oblitus eam Proeti filiam Thersandri neptem, Sisyphi proneptem fuisse *Νόστων* carminis auctorem secutus adfirmat [1])

Ad Aloidarum, quod Anthedone ostendebatur, sepulcrum Pausanias (**IX 22, 6**) adnotat Homerum eos ab Apolline occisos esse non aliter ac Pindarum narrare: *„γενέσθαι δέ σφισι τοῦ βίου τὴν τελευτὴν ὑπὸ Ἀπόλλωνος κατὰ τὰ αὐτὰ Ὅμηρος πεποιήκασι καὶ Πίνδαρος,".* Homeri verba sunt *λ* 318 sq.

„ἀλλ' ὄλεσεν Διὸς υἱὸς, ὃν ἠύκομος τέκε Λητώ,
ἀμφοτέρω, . . ."

At de Pindaro Pausanias, ut quidem nunc eius verba legimus, non satis accurate refert. Dicit enim ille Pyth. IV 88 sqq. Magnetas cum Iasonem advenientem primum adspexissent, robur et pulchritudinem eius admiratos dubios haesisse, quisnam aut deorum aut heroum esset. Neque enim Apollinem esse posse neque Martem. Aloidas vero et Tityum mortem iam obisse:

„Οὔ τί που οὗτος Ἀπόλλων,
οὐδὲ μὰν χαλκάρματός ἐστι πόσις
Ἀφροδίτας· ἐν δὲ Νάξῳ
φαντὶ θανεῖν λιπαρᾷ

---

[1]) De Maera in mythologia Graeca figura vide E. Maaß „Analecta Eratosth." 124 sqq. (Philol. Unters. VI).

Ἰφιμεδείας παῖδας, Ὦτον καὶ σέ τολμάεις Ἐπιάλτα ἄναξ.“ κτλ.

Vides sane mortuos esse Aloidas Pindarum dicere, sed neque vi occisos esse neque a quo occisi sint, auditores fabularum peritos hoc ipsum cognitum habere supponens. Neque vero Naxii, ut scholia docent, ab Apolline sed a Diana Aloidas necatos esse narrabatur. Hitzigius, ut Pausaniae succurreret, lacunam, quae vulgo inter „*Πίνδαρος*“ et „*ὡς ἐπιλάβοι*“ statui solet, inter „*καὶ*“ et „*Πίνδαρος*“ statuit tertii poetae nomen excidisse ratus, qui pariter atque Homerus Aloidarum mortem Apollini tribuisset. Sed difficile dictu est, quisnam hic poeta esse potuerit, et non totus a culpa Pausanias liberatur, cum Naxiorum opinione, quorum fabulam Pindarus reddit, Dianam Aloidas necavisse taceat.

Multus per totum opus Pausanias est in Daedali et fatis enarrandis et artificiis enumerandis.[1]) Itaque fieri non potuit, quin etiam versus Homerici notissimi de choro, quem „*Δαίδαλος ἤσκησεν καλλιπλοκάμῳ Ἀριάδνῃ*‘ (*Σ* 592), rationem haberet. Id quod recte bis eum fecisse **(VIII 16, 3. IX 40, 3)**, semel **(VII 4, 5)** perperam et Minoi ipsi et aliis eius filiabus artificia quaedam Daedalum fabricatum esse ex hoc versu conclusisse iam supra vidimus (p. 22).

Maxime vero in quaestionibus geographicis ut par est Homero teste utitur.

Liparaeorum anathema Delphicum eum adducit, ut huius gentis historia enarrata insulas, quae illi postremo occupaverunt, eas esse dicat, ubi Homerus sedes Aeoli posuerit, cuius nomen suo etiam tempore iis manere (*κ* 1: „*Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'*...“) **(X 11, 3)**.

Inter parvos Arcadiae fluvios etiam Achelous quidam erat **(VIII 38, 10)**. Ex Homero adnotat duos eiusdem nominis fluvios alibi existere, in Aetolia unum (*Φ* 194), apud Sipylum alterum (*Ω* 615/6).

Panopeum oppidum ab Homero „*καλλίχορον*“ (*λ* 581)

---

[1]) cf. C. Robert **„Pausanias als Schriftsteller“ p. 21.**

X 4, 2, Orchomenios **VIII 3, 3** ab eodem „*πολυμήλους*“ (*B* 605) vocari adnotat.

De Mycenarum nominis ortu magnus inter veteres dissensus est. Hecataeus (fr. 360), ut e scholiis A ad *O* 302 discimus, de gladii capula, quae *μύκης* vocabatur, a Perseo ibi casu perdita oppidum nomen traxisse auctor erat, alii de fungo (*μύκης*), quo eruto Perseus sitiens aquam invenisset. His explicationibus Pausanias **(II 16, 3. 4)** tertiam addit a Mycene heroina, cuius Homerum in Odyssea *β* 120 mentionem facere dicit:

„*Τυρώ τ' Ἀλκμήνη τε ἐυστέφανός τε Μυκήνη.*“

Clarissimum Neptuni Heliconii templum iam ab Homero celebratum esse monet **VII 24, 6:** „*ἔστι δὲ καὶ Ὁμήρῳ πεποιημένα ἐς Ἑλίκην καὶ τὸν Ἑλικώνιον Ποσειδῶνα.*“ Quae maxime ad Iunonis *Θ* 203 sq. cum Neptuno colloquium:

„*οἳ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσι*
πολλά τε καὶ χαρίεντα· σὺ δέ σφισι βούλεο νίκην.“

et ad *Y* 403 sq.: „... *ὡς ὅτε ταῦρος*
ἤρυγεν ἑλκόμενος Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα“

spectant, quamquam ut par est etiam in navium catalogo B 575 Helice non deest:

„*Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα καὶ ἀμφ' Ἑλίκην εὐρεῖαν,*“.

Ceterum ad Iunonis verba etiam ubi Aegas oppidum Achaicum commemorat lectores remittit **(VII 25, 12)** ipsa verba adponens: „*οἳ δέ τοι εἰς Ἑλίκην κτλ.*“

Erymanthum non solum fluvii sed etiam montis nomen eiusque montis Lampiam partem aliquam esse ex Odysseae versibus supra (p. 12) exscriptis demonstrat **(VIII 24, 2—4).**

Cyllenen non solum montem sed oppidum esse ex Iliade demonstrat *O* 518 sq.;

„*Πουλυδάμας δ' Ὦτον Κυλλήνιον ἐξενάριξεν*
Φυλείδεω ἕταρον, μεγαθύμων ἀρχὸν Ἐπειῶν.“

Summi autem in quaestionibus geographicis momenti navium catalogus est.

At primum quidem, ubi de oppidis agitur, quae suo tempore etiam nomen illud Homericum servaverant, id monere nusquam omittit, velut **IX 24, 1** de Copis: *„κεῖνται δὲ αἱ Κῶπαι πόλισμα ἐπὶ τῇ λίμνῃ, τούτου δὲ καὶ Ὅμηρος ἐποιήσατο ἐν καταλόγῳ μνήμην“* (*B* 502), de Onchesto **IX 26,5**: *„ἐπ' ἐμοῦ δὲ ναός τε καὶ ἄγαλμα Ποσειδῶνος ἐλείπετο Ὀγχηστίου καὶ τὸ ἄλσος, ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐπήνεσε.“*; nam dicit Homerus *B* 506:

„Ὀγχηστόν θ' ἱερόν, Ποσιδήιον ἀγλαὸν ἄλσος“,

II 36,2 de Masete: *„Μάσητι δὲ οὔσῃ πόλει τὸ ἀρχαῖον, καθὰ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἀργείων καταλόγῳ πεποίηκεν,“* (*B* **562**), **III 20,6** de Helo: *„ἐπὶ θαλάσσῃ πόλισμα Ἕλος ἦν, οὗ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐμνημόνευκεν ἐν καταλόγῳ Λακεδαιμονίων·*

„οἵ τ' ἄρ' Ἀμύκλας εἶχον Ἕλος τ' ἔφαλον πτολίεθρον.“

(*B* 584). De Helice (**VII 24, 6**; cf. *B* 575) iam supra (p. **48**) locuti sumus.

Quod vero **X 3, 1—2** de Phocensium oppidis scribit: *„ἀριθμὸς δὲ ἦν αὐτῶν Λίλαια καὶ Ὑάμπολις καὶ Ἀντίκυρα καὶ Παραποτάμιοι καὶ Πανοπεύς τε καὶ Δαυλίς. τούτων μὲν δὴ ὄνομα ἦν ἐκ παλαιοῦ, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπῶν ἕνεκα τῶν Ὁμήρου·“*, spectant haec ad versus *B* **519** sqq.:

„οἳ Κυπάρισσον ἔχον Πυθῶνά τε πετρήεσσαν
Κρῖσάν τε ζαθέην καὶ Δαυλίδα καὶ Πανοπῆα,
οἵ τ' Ἀνεμώρειαν καὶ Ὑάμπολιν ἀμφενέμοντο,
οἵ τ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισὸν δῖον ἔναιον,
οἵ τε Λίλαιαν ἔχον πηγῇς ἐπὶ Κηφισοῖο·“

Sed ex his oppidis quattuor tantum, Lilaea, Hyampolis, Panopeus, Daulis antiquum nomen servaverunt. De Pythone et Crisa tacet, cum de utroque oppido postea acturus sit (**X 6, 5. 37, 5**) Anemoream autem, de qua vide Strabonem IX 423. 424 et Schol. A B ad locum, prorsus omittit. Denique duobus oppidis alia nomina tribuit. Nam Cyparissum Anticyram esse statuit, quae tamen opinio ei propria est, nam et Scholia B ad *B* 519 et Stephanus Byzantius s. v. *Κυπάρισσος* Cyparissum Apolloniada esse contendunt, Strabo autem IX 423/4

vicum quendam sub Lycorea situm. Parapotamios oppidum fuisse, ut Pausanias adseverat, et aliis et Strabone Stephanoque Byzantio testibus constat. Atque hoc oppidum aut, ut accuratius dicam, incolas eius versu *B* 522:

„οἵ τ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισὸν δῖον ἔναιον,“

significari Scholia B testantur, ubi legendum est: *„οἳ (αἳ* schol.*) καλοῦνται < Παρα > ποτάμιοι. τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα μέτρῳ οὐχ ὑπόκειται.“* Eo magis mirandum est, quod Pausanias postea eorum opinionem amplectitur, qui Parapotamios oppidum fuisse negarunt, versum illum de agricolis in vicinia dispersis dicere statuerunt (**X 33, 7**): *„γῆ δὲ διακεκριμένη ἀρίστη τῆς Φωκίδος ἐστὶν ἡ παρὰ τὸν Κηφισὸν καὶ φυτεῦσαι καὶ σπείρειν καὶ ἀνεῖναι νομάς· καὶ γεωργεῖται ταῦτα μάλιστα τῆς χώρας, ὥστε καὶ λόγος ἐστὶ πόλιν μὲν Παραποταμίους μὴ ὀνομασθῆναι, ἐπὶ δὲ τῶν παρὰ τὸν Κηφισὸν γεωργούντων πεποιῆσθαι τὸ ἔπος,*

„οἵ τ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισὸν δῖον ἔναιον.“

De *Πυθώ* oppido Pausanias ut diximus postea verba facit idem esse ac Delphos cum Homero et aliis statuens; scribit enim X 6, 5: *„χρόνῳ δὲ ὕστερον καὶ Πυθὼ τὴν πόλιν, οὐ Δελφοὺς μόνον ἐκάλεσαν οἱ περιοικοῦντες, καθὰ καὶ Ὁμήρῳ πεποιημένα ἐν καταλόγῳ Φωκέων ἐστίν.“* Confer Strabonem V 220, VIII 374, Schol. A ad *B* 519: *„τὸ πρότερον δὲ ἐκαλεῖτο Παρνασσία νάπη ὡς ἀπὸ τοῦ παρακειμένου ὄρους, ἔπειτα Πυθών, ὕστερον δὲ Δελφοί,“* Stephanum Byzantium s. v. *Πυθὼ „ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος πόλις,“* alios multos. Etymum addit, quod iam in hymno in Apollinem legimus:

363 *ἐνταυθοῖ νῦν πύθευ ἐπὶ χθονὶ βωτιανείρῃ*
οὐδὲ σύ γε ζωοῖσι κακὸν δήλημα βροτοῖσιν
ἔσσεαι, ...
. . . .
368 . . . . *ἀλλὰ σέ γ' αὐτοῦ*
πύσει γαῖα μέλαινα καὶ ἠλέκτωρ Ὑπερίων.“

unde scholia l. c.: *„καὶ Πυθὼ μέν, ἐπεὶ κατεσάπη αὐτόθι ὁ δράκων ὁ τὸ μαντεῖον πρότερον φυλάττων, ὃν ἀπέκτεινε*

τοξεύσας ὁ Ἀπόλλων.“ Eadem Pausanias fortasse hymni versuum recordatus: „*λόγος δὲ, ὃς ἥκει τῶν ἀνθρώπων ἐς τοὺς πολλούς, τὸν ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοξευθέντα σήπεσθαί φησιν ἐνταῦθα, καὶ διὰ τοῦτο ὄνομα τῇ πόλει γενέσθαι Πυθώ.“* Haec dum scribit, ei in mentem venit Homerum *μ* 46 de Sirenum insula dicere:

„*πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς*
ἀνδρῶν πυθομένων,“

itaque addit: „*πύθεσθαι γὰρ δὴ τὰ σηπόμενα οἱ τότε ἔλεγον, καὶ τοῦδε ἕνεκα Ὅμηρος πεποίηκεν ὡς ἡ τῶν Σειρήνων νῆσος ἀνάπλεως ὀστῶν εἴη, ὅτι οἱ τῆς ᾠδῆς αὐτῶν ἀκούοντες ἐπύθοντο ἄνθρωποι.“*

Cirrham, quam nominis formam etiam in hymno Homerico in Apollinem recurrere adnotat, cum plerisque id oppidum esse statuit, quod suo tempore Crisa vocabatur. Contra Scholia A volunt Crisam planitiem quandam aut in Locride aut Delphis sitam fuisse.

Versus *B* 575 initio „*Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα“* non Aegialum oppidum quoddam, sed Peloponnesi oram septentrionalem significari et Achaeae antiquum nomen Aegialum fuisse recte statuit Pausanias **VII 1, 1:** „*Ἡ δὲ τῆς Ἠλείας μέση καὶ Σικυωνίας, καθήκουσα μὲν ἐπὶ τὴν πρὸς ἕω θάλασσαν, Ἀχαΐαν δὲ ὄνομα τὸ ἐφ' ἡμῶν ἔχουσα ἀπὸ τῶν ἐνοικούντων, αὐτή τε Αἰγιαλὸς τὸ ἀρχαῖον καὶ οἱ νεμόμενοι τὴν γῆν ἐκαλοῦντο Αἰγιαλεῖς,“* **1, 4** „*καὶ τῶν Αἰγιαλέων τὴν ἀρχὴν Ἴων ἔσχεν . . . ., καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐκάλεσεν Ἴωνας ἀφ' αὐτοῦ. τοῦτο οὐ μεταβολὴ τοῦ ὀνόματος, προσθήκη δέ σφισιν ἐγένετο· Αἰγιαλεῖς γὰρ ἐκαλοῦντο Ἴωνες. τῇ χώρᾳ δὲ ἔτι καὶ μᾶλλον διέμεινεν ὄνομα τὸ ἐξ ἀρχῆς· Ὁμήρῳ γοῦν ἐν καταλόγῳ τῶν μετὰ Ἀγαμέμνονος ἐξήρκεσε τὸ ἀρχαῖον δηλῶσαι τῆς γῆς ὄνομα·*

„*Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα καὶ ἀμφ' Ἑλίκην εὐρεῖαν.“*

Et consentiunt ceteri testes, Strabo eodem auctore ac Pausanias usus VIII p. 333: „*Ἰώνων μὲν ἐκ τῆς Ἀττικῆς τὸν Αἰγιαλὸν κατασχόντων*“. VIII p. 383: (Iones) „*τὴν χώραν ἣν*

κατέσχον ἐπώνυμον ἑαυτῶν ἐποίησαν Ἰωνίαν ἀντ' Αἰγιάλου κληθεῖσαν, οἵ τε ἄνδρες ἀντὶ Αἰγιαλέων Ἴωνες προσηγορεύθησαν“. VIII p. 386: „*ὁ δὲ ποιητὴς τοῦ μὲν ἐν Ἀχαΐᾳ Ὠλένου οὐ μέμνηται, ὥσπερ οὐδ' ἄλλων πλειόνων τῶν περὶ τὸν Αἰγιαλὸν οἰκούντων, ἀλλὰ κοινότερον λέγει· „Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα καὶ ἀμφ' Ἑλίκην εὐρεῖαν,“* Schol. A ad *B* **575:** „*αἰγιαλόν] οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ παραθαλασσία χώρα ἤτοι πλευρὰ τῆς Πελοποννήσου, ἡ παρατείνουσα ἀπὸ Σικυῶνος μέχρι Ἤλιδος.*“, alii.

Ex urbibus Laconicis, quas catalogus enumerat, Augias (*B* 583 ... „*Αὐγειὰς ἐρατεινάς*“) oppidum, Locridis oppido (*B* 532) homonymum, idem esse atque Aigias et Pausanias **III 21, 5** et Strabo VIII p. 364 (ex eo Steph. Byz. s. v.) contendunt.

Pharis (*B* **582**), si Pausaniae fidem habemus, suo tempore a Spartanis Pharae vocabatur (IV 16, 8): „. . *πόλιν τῆς Λακωνικῆς, τὸ μὲν ἀρχαῖον ὄνομα καὶ ἐν Ὁμήρου καταλόγῳ Φᾶριν, ὑπὸ δὲ τῶν Σπαρτιατῶν καὶ προσοίκων καλουμένην Φαράς.“* Contra Strabone teste (VIII p. 363) Pharis oppidum prope Amyclas sub Taygeto situm nomen Homericum servaverat: „*ὑποπέπτωκε δὲ τῷ Ταϋγέτῳ ἡ Σπάρτη ἐν μεσογαίᾳ καὶ Ἀμύκλαι, οὗ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερόν, καὶ ἡ Φᾶρις.“* Quid quod Pausanias ipse in Laconicis hoc oppidum (suo tempore dirutum) bis Pharin nominat, non Pharas? **III 2, 6:** „*Ἀμύκλας καὶ Φᾶριν καὶ Γεράνθρας.“* **20, 3:** „*διαβᾶσι δὲ αὐτόθεν ποταμὸν Φελλίαν, παρὰ Ἀμύκλας ἰοῦσιν εὐθεῖαν ὡς ἐπὶ θάλασσαν Φᾶρις πόλις ἐν τῇ Λακωνικῇ ποτε ᾠκεῖτο.“* Quae discrepantia facile solvetur, si Pausaniae verborum in libro IV contextum examinaverimus. Neque enim in periegetica aut geographica aliqua operis parte, sed in historia belli Messeniaci secundi leguntur, quam totam ex Rhiani carmine haustam esse constat. Paulo antea Aristomenis victoria apud Stenyclarum, id est media in Messenia, parta narrata est **(IV 15, 8 sqq.)**. Deinde Aristomenes cum sociis electis Pharas oppidum sub vesperum adgressus nullo negotio praesidium trucidavit et magna praeda potitus in patriam rediit.

Quidni? Unius noctis spatio Aristomenes Taygeto superato in Spartae viciniam progressus et in Messeniam reversus est? Nonne luce clarius est non de Pharide oppido Laconico, sed de Pharis in confinio Laconiae et Messeniae sitis, ante Augustum autem Messeniae adscriptis, agi, quod oppidum in eodem libro Pausanias antea **(IV 3, 2 et 3, 10)** obiter commemoravit, cum postea **(IV 30, 2. 3. 31, 1.)** latius de situ eius et de historia acturus sit, hoc oppidum a Dioclis sedibus, quae in Iliade aut Phere (*B* 508. *E* 543) aut Pherae (*I* 151. 293) sicut in Odyssea (*γ* 488, *o* 186)[1]) vocantur, non diversum esse cum Strabone VIII p. 359 arbitratus. Itaque in belli Messeniaci historia confunduntur[2]) Pharis et Pharae sive ipsius Pausaniae culpa sive quod Rhianus Pharin pro Pharis posuit, quod tamen minus probabile est. An cum Phararum eponymus Pharis[3]) Mercurii filius fuerit (Paus. IV 30, 2), poeta oppidum *Φάριος πόλιν* nominavit idque a Pausania perperam intellectum est?

Aegiram oppidum Achaeae Hyperesiam Homeri esse (*B* 543 cf. *o* 254) Pausanias contendit[4]) nomenque suum Ionibus debere **(VII 26, 2)**: „*Ὁμήρου δὲ ἐν τοῖς ἔπεσιν Ὑπερησία ὠνόμασται· τὸ δὲ ὄνομα τὸ νῦν ἐγένετο Ἰώνων ἐποικούντων,*“. Atque de nominis origine hanc fabulam profert: Sicyonii cum in fines irrupissent, Hyperesiae incolas capris faces inter cornua adligasse easque noctu accendisse, quo adspectu Sicyonios hostium socios advenisse opinatos in fugam se coniecisse. Itaque a capris nomen oppidi in *Αἴγειραν* mutatum esse. Haec ex scriptore quodam rerum Achaicarum sumpta esse in propatulo est. Attamen revera Aegiram idem esse oppidum atque Hyperesiam. quamquam hodie omnibus persuasum esse video, tamen non omni dubio exemptum est.

---

1) Wilamowitz „Homer. Unters.“ p. 95. Robert „Stud. z. Ilias“ p. 454.

2) Simili modo V 25, 5 a Pausania Motyum Agrigentinum et Motye Phoenicum confunduntur. v. Ed. Meyer „Gesch. d. Alt.“ III p. 646 A.

3) etiam VII 22, 5 *Φᾶρις* pro tradito *Φάρης* restituendum est.

4) Steph. Byz. s. v. *Αἴγειρα* a Pausania pendet.

Nam certe septimo saeculo ineunte Hyperesia etiam extitit, siquidem Icarus Hyperesiensis Ol. 23, 4 Olympiae stadium vicit (Paus. **IV 15, 1.**). Itaque post hanc Olympiada oppidum nomen mutasse et bellum cum Sicyoniis, si hac quidem in re vera est fabula accidisse, oporteret.[1]) At etiam Theopompus Hyperesios commemoravit (fr. **314.** Steph. Byz. s. v. *Ὑπερησία*), et Theo grammaticus a Stephano (l. l.) vituperatur, quod hoc oppidum Hyperiam vocavit. Itaque oppidum Achaicum cum oppido Troezenio confudit. Praeterea quod apud Stephanum ut oppidi eponymus *Ὑπέρης* Lycaonis filius nominatur, hoc indicio esse potest Hyperesiam etiam eo tempore extitisse, quo eiusmodi genealogiae inventae sunt. Denique etiam Strabo Aegiram ab Hyperesia distinguere videtur; scribit enim VIII p. 383: „*Ὑπερησίην δὲ καὶ τὰς ἑξῆς πόλεις ἃς ὁ ποιητὴς λέγει, καὶ τὸν Αἰγιαλὸν τῶν Ἀχαιῶν ἤδη συμβέβηκεν εἶναι μέχρι Δύμης καὶ τῶν ὅρων τῆς Ἠλείας.*“ Postea autem, ubi de Aegira agit **(385. 386)**, nihil de Hyperesia, immo Aegiram ab Achaeis conditam esse et etiam Aegarum incolas in se recepisse narrat. Itaque de Pausaniae fide dubitare licet. Contra nullius momenti est, quod Odysseae scholiasta *o* 254 Hyperesiam oppidum Argivum esse dicit, nam ipse indicat hoc ex eo conclusum esse, quod Theoclymenus, de quo agitur, ex Argis venisse dicitur (*o* **224**) „*φεύγων ἐξ Ἄργεος ἄνδρα κατακτάς.*“

Tanagrae Poemandrum conditorem ab uxore sua Tanagra, quam alii Aeoli filiam esse dicebant, Corinna autem Asopi, nomen dedisse Pausanias narrat **IX 20, 1** sq.; quae cum ad extremam senectutem provecta diem supremum obisset, nomen urbis in Graeam mutatum esse atque hoc nomine eam Homero cognitam fuisse, qui *B* 498 scribat:

„*Θέσπειαν Γραῖάν τε καὶ εὐρύχορον Μυκαλησσόν*“.

---

1) Huc spectant, quae Ernestus Curtius Pelop. I p. 476 scribit: „Aigeira gehoerte zu den lebenskraeftigsten Staedten Achaias. Sie trug ihren homerischen Namen Hyperesiae laenger als die anderen Staedte der Halbinsel.“ Cf. Bursian „Geogr. v. Gr.“ II p. 338. Lolling „Griech. Landesk.“ p. 149.

Postea vero urbem antiquum nomen Tanagram rursus recepisse. Callimachus quoque fr. 370 Tanagram pro Graea Homerica habuit[1]) atque fieri potest, ut etymum a Pausania prolatum ex eo fluxerit. Cum Callimacho et Pausania etiam schol. Lyc. 644 faciunt, sed alii dissentiunt. Euphorionem Graeam a Tanagra diversam esse putasse ex fragmento in scholiis B ad *B* 498 adlato elucet, ubi de Tanagraeis dicit: „*οἳ πλόον ἠρνήσαντο καὶ ὅρκον Αἰγιαλήων.*“[2]) Num de vera Graea opinionem aliquam protulerit, diiudicari nequit, neque magis, num quae antea de Graea heroina scholiasta refert ex eo fluxerint. Nam eam filiam Medeonis Leucippi uxorem fuisse dicit. Sed quisquis huius genealogiae auctor est, ex scholiastae verbis adparet de Tanagra eum non cogitasse. Medeon urbis Boeoticae Medeonis eponymus est, quam Homerus paulo post *B* 501 enumerat. Quem eponymum Pyladis et Electrae filium fuisse Hellanico placuit.[3]) Id quod cum scholiastae opinione conciliari nequit. Sed cum hic Pyladis filius modo *Μεδεών* modo *Μέδων* audiat, idem in Graeae patrem cadere potest. Quod si sumimus, de Oilei notho (B 716. N 693) fortasse aliquis cogitaverit. Sed ne hic quidem chronologiae mythicae satisfacit. Contra Leucippum Herculis filium esse (Apollodorus II 7, 8. Hyg. fab. 162) non sine probabilitate conicere mihi videor. Aristoteles quoque Graeam Tanagram esse negavit, in Oropia sitam fuisse statuit.[4]) Aristotelem secutus est Apollodorus, cuius nomen apud Stephanum excidit, ut dudum intellectum est: „*Ἔστι δὲ*

---

[1]) Steph. Byz. s. v. *Τάναγρα, .. Γραῖαν ... τινὲς δὲ τὴν Ταναγραίαν, ὧν ἔστι καὶ Καλλίμαχος.* Vix Schneidero concedemus Callimachum non de ipsa Tanagra, sed de urbe agri Tanagraei cogitasse.

[2]) fr. 80 (Meineke) fr. 69 (Scheidweiler „Euphorionis fragmenta“ Diss. Bonn. 1908 p. 56).

[3]) Paus. II 16, 7. Schol. Eur. Or. 1654. Steph. Byz. s. v. *Μεδεών.*

[4]) Steph. Byz. s. v. *Ὠρωπός: „ἡ δὲ Γραῖα τόπος τῆς Ὠρωπίας πρὸς τῇ θαλάσσῃ καὶ Ἐρετρίας καὶ Εὐβοίας κειμένη.“* Thucydides quoque II 23 Oropi vicinam „*γῆν τὴν Γραϊκὴν*“ nominat. Cf. Wilamowitz „Oropos und die Graier“ Hermes XXI (1886) p. 91 sqq.

ἡ Γραῖα τόπος τῶν Ὠρωπέων [πόλις].“ Denique sunt, qui collem prope Thebas situm *Γραὸς στῆθος*[1]) nominatum cum Graea Homerica cohaerere opinentur.

Chaeroneam et Lebadeam in navium catalogo Arnen et Mideam vocari Pausanias **IX 40, 6** adfirmat. In mente habet versum *B* 507:

„*οἳ τε πολυστάφυλον Ἄρνην ἔχον, οἵ τε Μίδειαν*“
κτλ. (cf. *H* 9: „*Ἄρνῃ ναιετάοντα Μενέσθιον*“)

Nominum mutationem antea Pausanias commemoraverat **39, 1**: „*τὰ μὲν δὴ πρὸς τῶν ὀρῶν Φωκεῖς ὑπεροικοῦσιν Ὀρχομενίων, ἐν δὲ τῷ πεδίῳ Λεβάδειά ἐστιν αὐτοῖς ὅμορος. αὕτη τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ᾤκεῖτο ἐπὶ μετεώρου καὶ ὠνομάζετο Μίδεια ἀπὸ τῆς Ἀσπληδόνος μητρός*“. . . . . **40, 5**: „*Λεβαδέων δὲ ἔχονται Χαιρωνεῖς. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ πόλις καὶ τούτοις Ἄρνη τὸ ἀρχαῖον. θυγατέρα δὲ εἶναι λέγουσιν Αἰόλου τὴν Ἄρνην*“. Quid vero sibi volunt, quae Pausanias **40, 6** scribit: „*Ὅμηρος δὲ ἐπιστάμενος ἐμοὶ δοκεῖν Χαιρώνειάν τε ἤδη καὶ Λεβάδειαν καλουμένας, ὅμως τοῖς ἀρχαίοις ἐχρήσατο ὀνόμασιν ἐς αὐτάς, καθότι καὶ Αἴγυπτον τὸν ποταμὸν εἶπεν, οὐ Νεῖλον*“? Haec plana erunt, si reputaverimus eum antea narrare Arnen novum nomen a Chaeronis Apollinis filio accepisse, quem Theronem Phylantis filiam Iolai neptem in matrimonium duxisse in Eoeis Hesiodeis narratum erat. At Iolai neptem multis saeculis ante Homerum vixisse necesse est. Itaque Chaeroneam iam longe ante Homerum hoc nomine vocatam esse adparet. Quod autem de Chaeronea valet, etiam de Lebadea valere Pausanias putavit, quamquam de eius eponymo nihil aliud referre potest quam Athenis eum venisse et Laodicen quandam uxorem habuisse. Mirum hunc quem Homero imputat proce-

---

[1]) Xen. Hellen. V 4, 50. Xenophontem exscribit Polyaenus II 1. 2, sed tam neglegenter, ut pro „*Γραὸς στῆθος*“ ponat „*Ῥέας ἕδος*“. (Melber Fleckeisens Jahrb. Suppl. XIV (1885) p. 539. I. Miller RE VII p. 1695.) Polyaenum exscribit Stephanus. Cum nomine *Γραὸς στῆθος* cf. montem *Στήθαιον* Laconiae (Paus. III 24, 2), montem *Τίτθιον* in Epidauria (Paus. II 26, 4. 27, 7), colles *Διδύμους* Thessaliae (Hes. fr. 122. Strab. IX 442. XIV 647). Vide Preller-Robert l. c. I⁴ p. 518.

dendi modum Pausanias eo probabile reddere studet, quod Homerum etiam Nilum semper antiquo nomine Aegyptum vocare monet (*γ* 300. *δ* 351. 355. 477. 483. 581. *ξ* 246. 257. 258. 275. *ρ* 426. 427). Sed Homeri tempore vel antea Graecis Nili nomen iam cognitum fuisse neque traditum neque veri simile est, ita ut hoc exemplo nihil probetur. Immo elucet Pausaniam duos auctores, quorum alter Chaeroneam a Chaerone, Lebadeam a Lebado conditam esse, alter has duas urbes initio Arnen et Mideam vocatas esse tradidit, inter se conciliare studere. Iam Hecataeum Chaeroneam pro Arne habuisse hodie multi contendunt. Auctor huius opinionis est Carolus Mueller, qui Hecataei fragmentum 87 apud Stephanum Byzantium servatum: „*ἐν δὲ Χαιρώνεια πόλις τὰ πρῶτα* (ita RV *τὸ πρῶτον*“ A) mutilum esse ratus ita supplevit (FHG I p. 6): „*ἐν δὲ Χαιρώνεια πόλις [ἣ] τὸ πρῶτον [κέκληται Ἄρνη, ὕστερον δὲ Χαιρώνεια]*“: non recte, ut opinor, nam Arnen Chaeroneam esse Stephanus postea demum dicit: „*ἐκαλεῖτο δὲ ἡ πόλις καὶ Ἄρνη τὸ ἀρχαῖον*“, iisdem verbis, quibus Pausanias **IX 40, 5** utitur, ex quo etiam ea, quae sequuntur, omnia usque ad „*ὀνόμασι κέχρηται*“ exscripta sunt. Immo si cetera Hecataei fragmenta a Stephano adlata contuleris, exempli causa 75: „*μέτα δὲ Βουθρωτὸς πόλις, μέτα δὲ Ὠρικὸς λιμήν*“, aut fr. 83: „*μέτα δὲ Λοκροί, ἐν δὲ Χάλαιον πόλις, ἐν δὲ Οἰανθὴ πόλις.*“, lacunam iniuria statutam esse intelleges. Si codices RV sequimur, Hecataeus Chaeroneam primam Boeotiae urbem esse dixit, scilicet descriptionem ob occasu solstitiali incipiens, sin codicem A, nihil Hecataei est nisi „*ἐν δὲ Χαιρώνεια πόλις*“; verba autem “*τὰ πρῶτα*“ aut ut ibi legitur „*τὸ πρῶτον*“ cum sequentibus „*κέκληται ἀπὸ Χαίρωνος*“ coniungenda sunt, quae verba et ipsa a Muellero falso Hecataeo tribuuntur. Chaeronis illius genealogiam etiam Hellanicus attulerat, procul dubio ex Eoeis. Aristophanes quoque Boeotus Chaeronem urbis conditorem nominavit. Plutarchus autem matrem pro Therone Thuronem secundum Apollinem Thurium vocavit (Sull. 17). Etiam in scholiis B ad *B* 507 legimus: „*Ἄρνην] ἡ νῦν Χαιρώνεια.*“ (atque eadem schol. Thuc. I 12, 3). Ceterum cum Arnes nulla in Boeotia vestigia extarent, quamquam ex Arne Thessalica Arnaeos in eam regionem venisse narrabatur (Strab. IX 401. 411), alii aliter de ea iudicaverunt. Fuerunt qui *Ἀκραίφιον* Arnen esse adfirmarent (Strab. IX 413). Zenodotus apud Homerum „*Ἄσκρην*“ scribere voluit, sed recte ei responsum est *πολυστάφυλον* epitheton in Ascram non quadrare. Postea opinio valuisse videtur et Arnen et Mideam a Copaïde haustas esse (Strab. I 59).

Septem urbes in Iliade Agamemnonem Achilli promittere nemo est qui nesciat, *I* 149 sqq.:

„*ἑπτὰ δέ οἱ δώσω εὖ ναιόμενα πτολίεθρα,*
Καρδαμύλην Ἐνόπην τε καὶ Ἱρὴν ποιήεσσαν,
Φηράς τε ζαθέας ἠδ' Ἄνθειαν βαθύλειμον
καλήν τ' Αἴπειαν καὶ Πήδασον ἀμπελόεσσαν.
πᾶσαι δ' ἐγγὺς ἁλός, νέαται Πύλου ἠμαθόεντος.“

Ex his urbibus duae tantum nomen Homericum servaverunt, Cardamyle et Pherae, quae urbs a Lacedaemoniis suo sermone Pharae vocabatur (vide supra p. 48). Ubi de Pharis agit, Pausanias Homeri versum non commemorat, ubi de Cardamyle, scribit **III 26, 7**: „*Καρδαμύλη δέ, ἧς καὶ Ὅμηρος μνήμην ἐποιήσατο ἐν Ἀγαμέμνονος ὑποσχέσεσι δώρων, Λακεδαιμονίων ἐστὶν ὑπήκοος τῶν ἐν Σπάρτῃ, βασιλέως Αὐγούστου τῆς Μεσσηνίας ἀποτεμομένου.*“ De ceteris quinque urbibus controversia erat. Enopen Pausanias Gereniam esse **III 26, 8** dicit: „*πόλιν δὲ ὀνομαζομένην ἐν τοῖς ἔπεσιν Ἐνόπην τοῖς Ὁμήρου, Μεσσηνίους ὄντας, ἐς δὲ τὸ συνέδριον συντελοῦντας τὸ Ἐλευθερολακώνων, καλοῦσιν ἐφ' ἡμῶν Γερηνίαν*“. Idem apud Strabonem VIII p. 360 legimus, qui tamen addit alios de Pellana alios de vico prope Cardamylen sito cogitasse. Quod vero Pausanias incolas Messenios esse dicit, respondent haec scholiis B ad *I* 150: „*Μεσσηνίδης αὗται πόλεις, ἡ δὲ Μεσσήνη εἰς τὸν τῶν Λακεδαιμονίων νομὸν πάλαι συνετέλει*“. Monet autem hoc Pausanias etiam ea de causa, quod et de hac urbe et de Cardamyla in fine Laconicorum verba facit. Gravior etiam quaestio est de Hire, quam Pausanias Abiam

esse dicit IV 30, 1: „ἔστιν ἐφ' ἡμῶν ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ τῆς νάπης τῆς Χοιρίου στάδια εἴκοσι μάλιστα ἀπέχουσα Ἀβία ἐπὶ θαλάσσῃ πόλις. ταύτην Ἴρην καλεῖσθαι πάλαι καὶ τῶν ἑπτά φασιν εἶναι πόλεων, ἃς Ἀχιλλεῖ πεποίηκεν Ὅμηρος Ἀγαμέμνονα ὑπισχνούμενον." Novum autem nomen urbem ab Hylli nutrice accepisse, quae post Hylli cladem eo confugisset. Alii Mesolam Abiam esse arbitrati sunt (Strab. VIII p. 360), Apollodorus autem pro Irae vel Eirae castello carmine Rhiani celebrato habuit (Strab. l. c. cf. Ed. Schwartz „Tyrtaios" Hermes XXXIV (1899) p. 444). — Ἄνθειαν Θουρίαν esse Pausanias **IV 31, 1** his verbis indicat: „ἐντεῦθεν πρὸς μεσόγαιαν τῆς Μεσσηνίας σταδίους προελθόντι ὀγδοήκοντά ἐστιν ἡ Θουριατῶν πόλις, Ἄνθειαν δὲ αὐτὴν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὀνομάσθαι τοῖς Ὁμήρου λέγουσι". Idem apud Strabonem VIII p. 360 legimus, qui tamen dicit alios de Asine cogitasse, cui epitheton βαθύλειμον melius conveniret. Simile dubium de Aepea. Pausanias IV 34, 5 Coronen esse dicit, novum nomen accepisse ab Epimelide advena, qui antea Coroneam Boeoticam habitaverat. Contra Strabo (l. c.) Aepeam Thuriam esse tradit, eos vero, qui Thuriam pro Anthea habeant, Aepeam Methonen esse adfirmare.

Pedasum Mothonen esse Pausanias dicit **IV 35, 1**: „Μοθώνη δέ, πρὶν ἢ τὴν στρατιὰν ἐς Τροίαν ἀθροισθῆναι καὶ ἐπὶ τοῦ πρὸς Ἰλίῳ πολέμου καλουμένη Πήδασος" κτλ. Nominis mutationis duas rationes adfert. Nam addit incolas ab Oenei filia Mothone nomen habere, ipse autem se credere dicit a scopulo Mothone, qui portui eorum proiectus est. Contra Strabo (l. c.) Pedasum Coronen esse dicit.

Arcadiae fines incertos fuisse nemo est qui nesciat[1]), ita ut etiam Isidorus[2]) scribere ausus sit: „Arcadia vero sinus Achaiae est, ut platani folium inter Ionium et Aegaeum mare exposita". Itaque fuisse videntur, qui Phliasios Arcadibus adnumerarent. Hos Pausanias Homeri testimonio refellit

---

[1]) Cf. Hiller von Gaertringen IG V 2 p. IX.
[2]) Origines XIV 4, 15.

II 12, 3: „καὶ ὅτι μὲν Ἀρκάσι Φλιάσιοι προσήκουσιν οὐδέν, δηλοῖ τὰ ἐς τὸν Ἀρκάδων κατάλογον τῆς Ὁμήρου ποιήσεως, ὅτι οὐκ εἰσὶν Ἀρκάσι καὶ οὗτοι συγκατειλεγμένοι"; nam in Arcadum catalogo *B* 603 sqq. Phliasios non enumerari. Argivos eos potius esse hisce Pausanias exponit (**II 12, 4 sqq.**): Arantem e terra editum primum in hac regione habitasse; huius filiam Araethyream praematura morte abreptam esse. In eius memoriam fratrem Aorin regionem Araethyream nominasse atque eam in Agamemnonis dicione fuisse versu Homerico *B* 571 adposito probat:

„Ὀρνειάς τ' ἐνέμοντο Ἀραιθυρέην τ' ἐρατεινήν."

Contra Stymphalum ad Arcadiam pertinere ex navium catalogo demonstrat (**VIII 22, 1**), ubi de Arcadibus legimus *B* 680

„Στύμφηλόν τ' εἶχον καὶ Παῤῥασίην ἐνέμοντο".

Alibi Arcadas procul mari habitantes navigandi artis ignaros esse eo demonstrat, quod Homerus eos naves ab Agamemnone accepisse dicit **VIII 1, 3**: „τούτων τῶν κατειλεγμένων καθηκόντων ἐπὶ θάλασσαν Ἀρκάδες τὸ ἐντὸς οἰκοῦσιν ἀποκλειόμενοι θαλάσσης πανταχόθεν· ὅθεν σφᾶς καὶ Ὅμηρος ἀφικέσθαι φησὶν ἐς Τροίαν παρ' Ἀγαμέμνονος πλοῖα εἰληφότας καὶ οὐχὶ ναυσὶν οἰκείαις." (*B* 612 sqq. cf. supra p. 18).

Epirotas quoque mare non cognovisse ex Odysseae versibus λ 122 sq. conclusit (**I 12, 5**): „οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν

ἀνέρες, οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσιν."

Itaque hoc Tiresiae vaticinium ad Epirotas spectare arbitratur. Haec opinio cum eis fabulis cohaeret, quae Ulixem procis occisis in Thesprotiam profectum esse narrabant, de quibus nuper luculenter et sagaciter egit Albertus Hartmann.[1])

In artis operibus describendis ubicumque Homeri carmina illustrari animadvertit, id adnotare non omittit. Semel tantum hoc facit in solii Apollinis Amyclaei descriptione, ubi scribit (**III 18, 16**): „. . . τὰ ἐς Μενέλαον καὶ τὸν Αἰγύπτιον Πρωτέα ἐν Ὀδυσσείᾳ" (δ 351 sqq.) efficta esse. Num revera a Bathycle

---

[1]) „Untersuchungen über die Sagen vom Tod des Odysseus" Muenchen (Beck) 1917.

haec Menelai narratio an Herculis cum Tritone luctatio, quae antiquioribus artificibus magnopere in deliciis erat, repraesentata fuerit, magna inter archaeologos lis est, quae certa ratione discerni nequit, quia ignoramus, num singulis figuris nomina adscripta fuerint necne.

Saepius Homeri rationem habet, ubi de arca Cypseli agit. Ad Atlantis figuram Odysseae versus sed nec poeta nec carmine nominato eum afferre neque id satis accurate (**V 18. 5**) iam supra (p. 24) vidimus. Neque ubi Agamemnonis cum Coone pugnam describit, Homerum commemorat (**V 19, 4**), sed dubitari non potest, quin perspexerit artificem Iliadem in oculis habuisse. Praeterea imagines titulis carentes ex Homero interpretari conatur, quamquam incertum est, num haec ipse excogitaverit an ab antiquiore auctore mutuatus sit. De zona igitur suprema scribit **V 19, 7**: „*ἡ δὲ ἀνωτάτω χώρα — πέντε γάρ ἀριθμόν εἰσι — παρέχεται μὲν ἐπίγραμμα οὐδέν, λείπεται δὲ εἰκάζειν ἐς τὰ ἐπειργασμένα. εἰσὶν οὖν ἐν σπηλαίῳ γυνὴ καθεύδουσα σὺν ἀνδρὶ ἐπὶ κλίνῃ καὶ σφᾶς Ὀδυσσέα εἶναι καὶ Κίρκην ἐδοξάζομεν ἀριθμῷ τε τῶν θεραπαινῶν, αἵ εἰσι πρὸ τοῦ σπηλαίου, καὶ τοῖς ποιουμένοις ὑπ' αὐτῶν· τέσσαρές τε γάρ εἰσιν αἱ γυναῖκες καὶ ἐργάζονται τὰ ἔργα, ἃ ἐν τοῖς ἔπεσιν Ὅμηρος εἴρηκε.*“ In mente habet Odysseae versus *κ* **348** sqq.:

> „*ἀμφίπολοι δ' ἄρα τέως μὲν ἐνὶ μεγάροισι πένοντο*
> *τέσσαρες, αἵ οἱ δῶμα κάτα δρήστειραι ἔασι.*
> . . . .
> **(352)** *τάων ἡ μὲν ἔβαλλε θρόνοις ἔνι ῥήγεα καλὰ*
> *πορφύρεα καθύπερθ', ὑπένερθε δὲ λῖθ' ὑπέβαλλεν·*
> *ἡ δ' ἑτέρη προπάροιθε θρόνων ἐτίταινε τραπέζας*
> *ἀργυρέας, ἐπί δέ σφι τίθει χρύσεια κάνεια·*
> *ἡ δὲ τρίτη κρητῆρι μελίφρονα οἶνον ἐκίρνα*
> *ἡδὺν ἐν ἀργυρέῳ, νέμε δὲ χρύσεια κύπελλα·*
> *ἡ δὲ τετάρτη ὕδωρ ἐφόρει καὶ πῦρ ἀνέκαιε*
> *πολλὸν ὑπὸ τρίποδι μεγάλῳ· ἰαίνετο δ' ὕδωρ.*“

Falso hoc conclusum esse iam inde adparet, quod Ulixes et Circe non in specu, sed in domo commorantur, sed priusquam

veram interpretationem proferamus, verba sequentia examinanda sunt: „*Κένταυρος δὲ οὐ τοὺς πάντας ἵππου πόδας, τοὺς δὲ ἔμπροσθεν αὐτῶν ἔχων ἀνδρός ἐστιν. ἑξῆς καὶ ἵππων συνωρίδες καὶ γυναῖκες ἐπὶ τῶν συνωρίδων εἰσὶν ἑστῶσαι· πτερὰ δὲ τοῖς ἵπποις χρυσᾶ ἐστι, καὶ ἀνὴρ δίδωσιν ὅπλα μιᾷ τῶν γυναικῶν. ταῦτα ἐς τὴν Πατρόκλου τελευτὴν ἔχειν τεκμαίρονται· Νηρηίδας τε γὰρ ἐπὶ τῶν συνωρίδων εἶναι καὶ Θέτιν τὰ ὅπλα λαμβάνειν παρὰ Ἡφαίστου. καὶ δὴ καὶ ἄλλως ὁ τὰ ὅπλα διδοὺς οὔτε τοὺς πόδας ἐστὶν ἐρρωμένος καὶ ὄπισθεν οἰκέτης ἕπεταί οἱ πυράγραν ἔχων. λέγεται δὲ καὶ ἐς τὸν Κένταυρον ὡς Χίρων, ἀπηλλαγμένος ἤδη παρὰ ἀνθρώπων καὶ ἠξιωμένος εἶναι σύνοικος θεοῖς, ῥᾳστώνην τινὰ ἥκοι τοῦ πένθους Ἀχιλλεῖ παρασκευάσων.*“ Itaque hanc imaginem aut ipse aut ut indicat is quem sequitur auctor ex Iliadis versibus *Τ* 3 sqq. explicare voluit, ubi Thetis Achilli ad Patrocli corpus adsedenti arma a Vulcano facta tradit. Sed ut concedendum est in artificiis antiquioribus saepius et Vulcanum et Nereidas contra Iliadis verba huic actioni interesse et etiam Chironis praesentiam non male explicari, tamen Nereides curribus vehi prorsus inauditum est. Itaque Loeschcke[1]) statuit et plerisque persuasuit non de duabus imaginibus, sed de una sola agi, quae Pelei et Thetidis in Chironis spelunca nuptias et deorum Olympiorum ad eos accessum ut in Clitiae cratere repraesentaret Neque magis, quae de tertia imagine Pausanias profert, stare possunt. Scribit enim (**V 19, 9**): „*παρθένους δὲ ἐπὶ ἡμιόνων τὴν μὲν ἔχουσαν τὰς ἡνίας, τὴν δὲ ἐπικειμένην κάλυμμα ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, Ναυσικᾶν τε νομίζουσιν εἶναι τὴν Ἀλκίνου καὶ τὴν θεράπαιναν, ἐλαυνούσας ἐπὶ τοὺς πλυνούς.*“ Itaque de Odysseae versibus *ζ* 40 cogitat, ubi legimus: „*πολλὸν γὰρ ἀπὸ πλυνοί εἰσι πόληος.*“ et 72 sqq., ubi de Alcinoi ministris dicitur:

> „*οἳ μὲν ἄρ' ἐκτὸς ἅμαξαν ἐΰτροχον ἡμιονείην*
> *ὅπλεον, ἡμιόνους θ' ὕπαγον ζεῦξάν θ' ὑπ' ἀπήνῃ,*“

---

[1]) Loeschcke Dorp. Progr. 1880 p. 8.

et de Nausicaa:

„κούρη δ' ἐκ θαλάμοιο φέρεν ἐσθῆτα φαεινήν.
καὶ τὴν μὲν κατέθηκεν ἐϋξέστῳ ἐπ' ἀπήνῃ,
. . . .
(81) ἣ δ' ἔλαβεν μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα,
μάστιξεν δ' ἐλάαν· καναχὴ δ' ἦν ἡμιόνοιιν·
αἳ δ' ἄμοτον τανύοντο, φέρον δ' ἐσθῆτα καὶ αὐτήν,
οὐκ οἴην, ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι κίον ἄλλαι."

Sed quamquam artifex suo iure pro pluribus ancillis currum comitantibus unam iuxta dominam in curru stantem substituere potuit, tamen et omnia desunt, ex quibus concludi possit Nausicaam ad lavandum vehi, neque eius iter ex iis rebus est, quae ab arte antiquiore repraesentari soleant. Itaque recte Guilelmus Klein [1]) has quoque duas figuras cum Pelei et Thetidis nuptiis coniunxit, sive ex deis Olympiis sunt[2]) sive Oceani filiae. Dubitatio, quam ipse Loeschcke adfert[3]), mihi a Francisco Mueller[4]) sublata esse videtur.

Contra ipse Pausanias recte iudicat ad tertiae zonae explicationem Homeri carmina perperam adhibita esse. Ibi duo exercitus ita effícti erant, ut dubitaretur, utrum proelium commissuri an se consalutaturi essent, **V 18, 6**: „ἐπὶ δὲ τοῖς στρατιώταις ἔστιν εἰκάζειν συνιέναι μὲν σφᾶς ἐς μάχην, συνιέναι δὲ καὶ ἀσπασομένους τε καὶ ἀναγνωριοῦντας ἀλλήλους. λέγεται δὲ καὶ ἐς ἀμφότερα ὑπὸ τῶν ἐξηγητῶν,". Illud qui credebant Aetolos et Eleos in Oxyli reditu pristinam amicitiam renovantes esse dixerunt: „καὶ τοῖς μὲν ἐστιν εἰρημένον Αἰτωλοὺς τοὺς μετὰ Ὀξύλου καὶ Ἠλείους εἶναι τοὺς ἀρχαίους, ἀπαντᾶν δὲ σφᾶς γένους τε μνήμῃ τοῦ ἐξ ἀρχῆς καὶ εὔνοιαν ἐνδεικνυμένους ἐς ἀλλήλους·". Hoc quibus placebat, pugnam Pyliorum et Arcadum circa *Φειάν* urbem ad Iardanum fluvium commissam agnoscere voluerunt, de qua haec Homerus *H* **138** sqq.:

[1]) Wiener Sitz.-Ber. 1884, 118 p. 151.
[2]) Cf. Minervam et Latonam in Clitiae cratere.
[3]) A. M. XIX (1894) p. 512 n. 2.
[4]) „Odyssee-Illustrationen" p. 106 n. 2.

„. . . . μάχοντο
ἀγρόμενοι Πύλιοί τε καὶ Ἀρκάδες ἐγχεσίμωροι,
Φειᾶς πὰρ τείχεσσιν, Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα."

Bene opponit Pausanias neutram harum rerum ad Cypselum spectare. Itaque de Melanis et Aletae concursu cogitat, quem ipse antea narravit (**II 4, 4**). Quae sive ab ipso, ut simulat, excogitata sive aliunde sumpta sunt, non magis stare possunt quam duae illae aliae interpretationes. Nam haec historia obscurior est quam quae in censum venire possit. Ad rem quod attinet nihil aliud effictum fuisse opinor quam quod hodieque in vasculo Chisiano videmus[1]), scilicet duos exercitus hostiles impetum in se facturos neque magis quam in hoc vasculo in arca Cypseli de certo quodam proelio cogitandum esse.

Polygnoti picturae Delphicae cum magnam partem ex Homero pendeant, res ipsa fert, ut eius carmina saepius consulantur. Quod num Pausanias ipse fecerit an, ut multis hodie placet, iam ab auctore suo factum invenerit, hic quaerere supersedeo, quamquam monendum est eum in Homero citando his in capitibus non aliter agere atque in ceteris operis partibus. Atque de iis, quae ex Homero de Laodica (**X 26, 7**), de Medesicasta (**25, 9**), de Pandarei filiabus (**30, 1**) de Phrontide Menelai gubernatore (**25, 2. 3**) adnotat, iam supra (cf. p. 12, 14, 17) locuti sumus. Postquam salicem, sub qua Orpheus sedet, commemoravit, hac arbore Proserpinae nemus significari monet, quod Homerus ex salicibus et populis constare dicat κ 509 sq: „ἄλσεα Περσεφονείης
μακραί τ' αἴγειροι καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι,".

Neque minus Polygnotum nonnumquam ab Homero discedere animadvertit. Tantalum enim apud Polygnotum non solum ea pati, quae Homerus narret, qui eum λ 582 describit: „χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα („ἔχων . . . . . ἀλγεινά" Paus.) ἑστεῶτ'

[1]) Antike Denkmäler II n. 44. Cf. vasa a Gerhardio edita A. V. 258, ubi tamen unus tantum exercitus pictus est.

ἐν λίμνῃ·“ κτλ., sed etiam saxi superpendentis angore cruciari, cuius fabulae testis antiquissimus Archilochus[1]) sit (**X 31, 12**). Helenae ancillis Polygnotus alia nomina scilicet Panthalin et Electram dedit, atque quae apud Homerum leguntur **(25, 4)**: „*διάφορα δὲ καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα < ἢ > Ὅμηρος ἔθετο ἐν Ἰλιάδι, ἔνθα καὶ Ἑλένην καὶ ἰούσας ὁμοῦ τῇ Ἑλένῃ τὰς δούλας ἐπὶ τὸ τεῖχος πεποίηκεν.*“ Sed dicere praetermisit etiam ancillas Homericas, Aethram et Clymenen (*Γ* **144**), in pictura non deesse (26,1). Denique ad Eurynomi formidulosam figuram Pausanias adnotat neque in Homeri Necyia neque in ceteris carminibus, quae de inferis agunt, eum inveniri.

Rarius opera plastices Homerum ei in memoriam revocant. Iovis et Ganymedis statuis Olympiae positis commemoratis raptum pulchri pueri ex Homero narrat **V 24, 5** (cf. supra p. 17).

Onatae ibidem ab Achaeis dedicatas statuas Argivorum duces repraesentare ante Hectoris et Aiacis certamen singulare sortem trahentes Iliadis memor, quamquam nec hoc carmen nec poetam nominat, agnovit **(V 25, 8)**: „*ἔστι δὲ καὶ ἀναθήματα ἐν κοινῷ τοῦ Ἀχαιῶν ἔθνους, ὅσοι προκαλεσαμένου τοῦ Ἕκτορος ἐς μονομαχίαν ἄνδρα Ἕλληνα τὸν κλῆρον ἐπὶ τῷ ἀγῶνι ὑπέμειναν.*“ cf. Hectoris verba

H 73 sqq. „*ὑμῖν δ' ἐν γὰρ ἔασιν ἀριστῆες Παναχαιῶν.*
τῶν νῦν ὅν τινα θυμὸς ἐμοὶ μαχέσασθαι ἀνώγῃ,
δεῦρ' ἴτω ἐκ πάντων πρόμος ἔμμεναι Ἕκτορι δίῳ“,

Nestoris *H* **171**:

„*κλήρῳ νῦν πεπάλασθε διαμπερές, ὅς κε λάχῃσιν*“

et Pausaniae verba: „*τῶν δὲ ἐπὶ τῷ Ἕκτορι κληρουμένων ἀριθμὸν ὄντων ὀκτώ — τὸν γὰρ ἔνατον αὐτῶν, τὴν τοῦ Ὀδυσσέως εἰκόνα, Νέρωνα κομίσαι λέγουσιν ἐς Ῥώμην —*“ cum *H* **161**: „ . . . *οἳ δ' ἐννέα πάντες ἀνέσταν.*“ Soli Agamemnoni nomen adscriptum fuisse Pausanias addit. Aliorum praeter Ulixem, quem Nero Romam detulit, solum Idomeneum nominat, quem galli signo, quod in scuto gerebat,

---

[1]) Fr. 53 (Bergk).

agnosci contendit (**V 25, 9**); gallum enim Soli sacrum esse[1]), Solem autem Pasiphaes patrem Idomenei proavum esse. Quod num revera ita sese habeat, valde dubium est. Mitto, quod nusquam in Iliade Idomeneus divina hac stirpe gloriatur, neque vero quisquam est, qui nesciat scutorum signa ornandi tantum causa electa propria significatione plerumque carere. Semel tantum in imaginibus superstitibus simile quid invenimus, scilicet in Pamphaei calice Cycnum cycni imaginem in scuto gerentem.[2])

Athenis in Propylaeis tabula adservata erat, in qua Polyxenae ad Achillis tumulum immolatio conspiciebatur[3]). Hac occasione oblata Pausanias longiore dissertatione exponit, quales fabulas Homerus in carmina sua receperit, quales spreverit (**I 22, 6**). Laudat eum, quod Polyxenae immolationem ut nimis crudelem omiserit, quamquam difficile dictu est, quanam occasione Homerus hanc rem narrare potuerit. Laudat eum, quod Scyrum insulam ab eo vi captam esse narraverit (*I* 668), cum alii Pelidem ibi ante bellum Troianum muliebri veste absconditum fuisse tradiderint. Id autem quamquam ab Homero alienum Polygnotum pinxisse, cum in alia pictura, quae Ulixem et Nausicaam in maris litore repraesentabat, artissime se ad eum adplicuerit. Nam has duas picturas non in Propylaeis extitisse, id quod primus sana philologorum via ac ratione Godofredus Hermann perspexit, hodie inter omnes peritos constat.[4]) Probatur et eo, quod parietes Propylaeorum ultima politione carentes numquam penicillum in se recipere potuerint et eo, quod de duobus vasculis, quae a Polygnoti Nausicaa pendent, unum multis annis Propylaeis antiquius est.[5])

---

[1]) Cf. Bäthgen „De vi ac significatione galli in religionibus et artibus Graecorum et Romanorum.“ Diss. Gott. 1887 p. 11.

[2]) Mon. dell' Inst. XI 24, Wiener Vorlegeblätter. D 5.

[3]) Huius picturae artificem Polycletum fuisse Carolus Robert „Iliupersis“ p. 25 sqq. probabile reddidit. Certe ex Euripidis „Hecuba“ pendebat.

[4]) C. Robert „Bild und Lied“ p. 182 sqq.

[5]) Cf. Hauser, Oesterr. Jh. 8 (1905) p. 18 sqq. et apud Furtwaenglerum Vasenmalerei III p. 101.

Ab hoc loco non alienum videtur ea commemorare, quae Pausanias de Homeri iudicio ad artis opera spectante profert. Nam narrat summo studio se Aepyti Arcadis prope Pheneum sepulcrum inspexisse, cuius Homerus in catalogo *B* 604 tamquam rei memoria dignae mentionem faciat: „*Αἰπύτιον παρὰ τύμβον*“, sed nihil invenisse nisi tumulum exiguum lapidibus cinctum **(VIII 16, 3)**: „*τὸν δὲ τοῦ Αἰπύτου τάφον σπουδῇ μάλιστα ἐθεασάμην, ὅτι ἐν τοῖς ἐς τοὺς Ἀρκάδας ἔπεσιν ἔσχεν Ὅμηρος λόγον τοῦ Αἰπύτου μνήματος. ἔστι μὲν οὖν γῆς χῶμα οὐ μέγα, λίθου κρηπῖδι ἐν κύκλῳ περιεχόμενον*“. Itaque Homeri admirationem ita explicat, quod maiora monumenta non noverat, sicut etiam Daedali chorus, de quo iam saepius (p. 22. 42) locuti sumus, tam admirabilis ei visus sit, ut cum Vulcani artificio comparet (*Σ* 592); se ipsum autem multa monumenta vidisse, quae revera admiratione dignissima sint, inter quae primum locum obtineant Mausoleum et Helenae mulieris Hebraeae sepulcrum, quod Hierosolymis extabat, sed a Romanis deletum est.

Ex mirabilibus, quae ab Homero commemorantur, praeter Daedali chorum, de quo modo locuti sumus **(IX 40, 3)**, et palmam Delphicam (cf. supra p. 37 sq.) nihil Pausanias vidit nisi platani frustulum, quod in Aulide adservabatur, **IX 19, 7**: „*πλατάνου δέ, ἧς καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἐποιήσατο μνήμην, τὸ ἔτι τοῦ ξύλου περιὸν φυλάσσουσιν ἐν τῷ ναῷ.*“ *B* 307:

„*καλῇ ὑπὸ πλαταvίστῳ, ὅθεν ῥέεν ἀγλαὸν ὕδωρ.*“

Λέσχη nomen Pausaniae tempore rarum erat; itaque ubi de Cnidiorum Lesche celeberrima Delphis aedificata agit, Melanthus ex Odyssea versus, quibus in Ulixem invehitur, adponit **(X 25, 1)**:

(σ 328): „*οὐδ' ἐθέλεις εὕδειν χαλκήιον ἐς δόμον ἐλθὼν*
ἠέ που ἐς λέσχην, ἀλλ' ἐνθάδε πόλλ' ἀγορεύεις“,

unde concludit multa eiusmodi aedificia Homeri aetate per totam Graeciam extitisse.

Vel ad Pindarum interpretandum quodammodo Homero utitur **(X 5, 12)**; nam fabulosum illud templum Delphicum, quod tertium fuisse ferebatur, dicit ex aere factum fuisse se credere velle neque tamen credere posse Vulcanum architectum eius fuisse neque quae de cantatricibus aureis super fastigium positis Pindarus cantet:

„*χρύσειαι δ' ἐξύπερθ' αἰετοῦ*
ἄειδον Κηληδόνες.“

Pindarum enim hoc loco de Sirenibus Homeri cogitasse sibi videri.

Etiam in quaestionibus genealogicis et historicis Pausanias ad Homerum recurrit. Nam Troezenios post Pitthei et Troezenis mortem in Argivorum dicione fuisse ex navium catalogo *B* 561 concludit **(II 30, 10)**: „*καὶ σφᾶς καὶ Ὅμηρος ἐν καταλόγῳ φησὶν ὑπὸ Διομήδους ἄρχεσθαι.*“ Quae vero de Diomedis, Euryali, Stheneli condicione addit, spectant haec ad versus *B* 563 sqq.:

„*τῶν αὖθ' ἡγεμόνευε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης*
καὶ Σθένελος, Καπανῆος ἀγακλειτοῦ φίλος υἱός.
τοῖσι δ' ἅμ' Εὐρύαλος τρίτατος κίεν, ἰσόθεος φώς,
Μηκιστέος υἱὸς Ταλαϊονίδαο ἄνακτος.
συμπάντων δ' ἡγεῖτο βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης“.

Pharin Mercurii filium Phararum oppidi conditorem, de quo supra diximus (p. 47), progenie mascula orbum fuisse, filiam tantum Telegonen reliquisse Pausanias IV 30, 2 refert. Sed Homerus *E* **541** sqq. Dioclem, cuius filii Crethon et Orsilochus apud Troiam occisi sunt, Pharis regnasse et Orsilochi senioris filium Alphei fluvii nepotem fuisse narrat, de Orsilochi matre tacet. Hanc vero Messenii, siquidem Pausaniae fides est, nullam aliam fuisse nisi Telegonam illam Pharidos filiam adfirmaverunt.

Ubi de Elidis regibus agit **V 3, 3**, post Phylei in Dulichium recessum et Augeae mortem eius filium Agasthenem et Actorionum filios regnasse tradit. Quartum autem eis accessisse Amaryncea et post eius mortem filium Diorem, Augeae contra Herculem socios, idque confirmare Homerum: „*ἃ δὴ καὶ Ὅμηρος παρεδήλωσεν ἐν καταλόγῳ τῶν Ἠλείων, τὸν μὲν*

σύμπαντα αὐτῶν στόλον ποιήσας τεσσαράκοντα ε.ναι νεῶν, τούτων δὲ τὰς ἡμισείας ὑπὸ Ἀμφιμάχῳ τετάχθαι καὶ Θαλπίῳ, τῶν λοιπῶν δὲ εἴκοσι δέκα μὲν ναυσὶ Διώρην τὸν Ἀμαρυγκέως ἡγεῖσθαι, τοσαύταις δὲ ἑτέραις Πολύξενον τὸν Ἀγασθένους.", quibus verbis hi Homeri versus redduntur (*B* 620 sqq.):

„τῶν μὲν ἄρ' Ἀμφίμαχος καὶ Θάλπιος ἡγησάσθην,
υἷες ὃ μὲν Κτεάτου, ὃ δ' ἄρ' Εὐρύτου Ἀκτορίωνε·
τῶν δ' Ἀμαρυγκείδης ἦρχε κρατερὸς Διώρης·
τῶν δὲ τετάρτων ἦρχε Πολύξεινος θεοειδής,
υἱὸς Ἀγασθένεος Αὐγηιάδαο ἄνακτος."

Sed etiam ad difficiliores quaestiones solvendas Pausanias Homero non sine quadam audacia utitur, maxime in rebus divinis.

Argis in Larisa Iovis simulacrum colebatur tribus oculis nsigne. Quod quondam Priamo sacrum patrium fuisse, Ilio capto a Sthenelo raptum et Argos delatum esse narrabant. Tres hi oculi Pausaniae sententia indicant Iovem in tribus mundi partibus regnare, in caelo, in mari, sub terra. Hoc ut probet, versum Homericum *I* 457 adscribit:

„Ζεύς τε καταχθόνιος καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια,"

tamquam hic non de Plutone sed de Iove sermo esset. Aeschylum autem etiam de Iove maritimo loqui adfirmat.[1]) Revera tres illi oculi caeli deum omnia videntem indicant neque aliam rationem habent quam centum Argi gigantis oculi (**II 24, 3. 4**).

Lacedaemonii prope Amyclas Martem Theritam colebant, cuius simulacrum Castores e Colchis adportasse dicebantur. Nomen autem de Therone Martis nutrice indigenae derivabant. Qua de re Pausanias dubitat, cum Thero Martis quam volunt Lacedaemonii nutricem ceteris Graecis prorsus ignota sit. Sua opinione Marti hoc cognomen propter atrocitatem, quae bellatorem decet, datum est, id quod Homeri verbis fulcire

---

[1]) V. Procl. Plat. Crat. 88. Et. Magn.: „Ζεὺς δὴ κατὰ πόντον ἐτάραξεν." M. Mayer „Die Giganten u. Titanen i. d. ant. Sage u. Kunst" 1887 p. 111 sqq. Preller-Robert l. c. I⁴ p. 155, 1.

studet, qui de Achille dixerit *Ω* 41: „λέων δ' ὣς ἄγρια οἶδεν." (**III 19, 7. 8.**)

Gythei oppidi Laconici incolae deum marinum quendam, quem Senem *(Γέροντα)* appellabant, venerabantur. Hoc nomen Pausanias putat ex Homeri versibus *Σ* 140 sq. depromptum esse, qui Nereidum patrem ita appellet (**III 21, 8. 9.**):

„ὑμεῖς μὲν νῦν δῦτε θαλάσσης εὐρέα κόλπον,
ὀψόμεναί τε γέρονθ' ἅλιον καὶ δώματα πατρός."

Sua autem opinione hunc senem divinum nullum alium esse quam Nereum. Quae res prorsus contrarie sese habet. Nam revera γέρων vel ἅλιος γέρων verum et antiquum dei marini illius nomen est. Nerei nomen primus Hesiodus ei tribuit, ut ipse haud obscure indicat,[1]) Theog. 233 sq.:

„Νηρέα δ' ἀψευδέα καὶ ἀληθέα γείνατο Πόντος,
πρεσβύτατον παίδων· αὐτὰρ καλέουσι γέροντα,"

Alii velut Telemachiae auctor Protea eum appellabant, sed nomen Hesiodeum valuit.

Phigaliae prope Aesculapii templum θεοὶ Ἐργάται, i. e. numina operosa, Hermarum forma colebantur (**VIII 32, 4**). Erant Minerva, Apollo, Mercurius, Hercules, Ilithyia. Pausanias ut solet descriptionem et explanationem miscet. Minerva et Apollo cur operosi essent, epithetis Ἐργάνη et Ἀγυιεύς satis explicari ratus est Quamquam viarum et itinerum patronus quo iure operosus diceretur, latius eum expositurum fuisse exspectaveris. Sine dubio haec epitheta in inscriptionibus addita fuerunt, sed ceterorum trium deorum tituli cognominibus caruisse videntur. Itaque ad Homerum refugit: „τῷ δὲ Ἑρμῇ καὶ Ἡρακλεῖ καὶ Εἰλειθυίᾳ πρόσεστιν ἐξ ἐπῶν τῶν Ὁμήρου φήμη, τῷ μὲν Διός τε αὐτὸν διάκονον εἶναι καὶ ὑπὸ τὸν Ἅιδην ἄγειν τῶν ἀπογινομένων τὰς ψυχάς, Ἡρακλεῖ δὲ ὡς πολλούς τε καὶ χαλεποὺς τελέσειεν ἄθλους· Εἰλειθυίᾳ δὲ ἐποίησεν ἐν Ἰλιάδι ὠδῖνας γυναικῶν μέλειν." Quae verba ad hos Homeri versus referendi sunt: de Mercurio ε 28 sq.:

---

[1]) Cf. Preller-Robert l. c. I⁴ p. 554, 4.

(Iuppiter) „...Ἑρμείαν, υἱὸν φίλον, ἀντίον ηὔδα·
Ἑρμεία· σὺ γὰρ αὖτε τά τ' ἄλλά περ ἄγγελός ἐσσι·“
cf. schol. *ϑ* 338 διάκτωρ] „διάγων τὰς ἀγγελίας.“ ω 99 sq.:

„.... διάκτορος ἀργεϊφόντης
ψυχὰς μνηστήρων κατάγων Ὀδυσῆι δαμέντων,“

(cf. v. 1 et v. 10), de Hercule *Θ* 362, ubi Minerva de Iove dicit:

„.... ὅ οἱ μάλα πολλάκις υἱὸν
τειρόμενον σώεσκον ὑπ' Εὐρυσθῆος ἀέθλων.“

de Ilithyia sive potius de Ilithyis *Λ* 270 sq.:

„.... μογοστόκοι εἰλείθυιαι,
Ἥρης θυγατέρες πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι,“

cf. *Π* 187. *Τ* 103. 119.

Lymacem fluviolum inde nomen habere tradit, quod, cum Rhea peperisset, nymphae puerperae καθάρματα i. e. purgamenta in eum abiecerint **(VIII 41, 2)**; καθάρματα autem λύματα a veteribus vocari Homerum testem esse *Α* 314: „οἳ δ' ἀπελυμαίνοντο καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον,“ (vide supra p. 10) cf. schol. B ad *Α* 314: „ἀπεκαθαίροντο καὶ εἰς τὴν θάλατταν τὰ περιττώματα καὶ καθάρματα ἔβαλλον.“ Hesych. „λύματα· τὰ ῥυπάσματα τοῦ σώματος. τὰ καθάρματα.“ Similia neque tamen eadem Callimachus narrat I 15 sqq. Iovem adlocutus:

„ἔνθα σ' ἐπεὶ μήτηρ μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων,
αὐτίκα δίζητο ῥόον ὕδατος, ᾧ τε τόκοιο
λύματα χυτλώσαιτο,“.

Hunc quoque ad locum scholia adnotant: „λύματα καθάρματα.“ Pergit poeta frustra Rheam in Arcadia aquam quaesivisse, dum scipionis ictu ex monte aliquo fluctus eliceret. De nomine novi huius fluvii Callimachus tacet, sed Strabo, qui eandem fabulam refert VIII p. 348, Nedam eum esse adfirmat: „νυνὶ μὲν οὖν τῇ Τριφυλίᾳ πρὸς τὴν Μεσσηνίαν ὅριόν ἐστι τὸ τῆς Νέδας ῥεῦμα λάβρον ἐκ τοῦ Λυκαίου κατιὸν Ἀρκαδικοῦ ὄρους, ἐκ πηγῆς ἣν ἀναρρῆξαι τεκοῦσαν τὸν Δία μυθεύεται Ῥέαν νίπτρων χάριν. ῥεῖ δὲ παρὰ Φιγαλίαν, ..“. Sed de Neda fluvio Callimachus cogitasse vix potest, cum Neda apud eum nympha

sit, cui Rhea Iovem infantem committit, ut in Cretam insulam ferat. Atque Pausanias Lymacem in Nedam influere dicit. Itaque fortasse Callimachum quoque Lymacem in mente habuisse suspicor et fieri potest, ut auctor eius Lymacem ex Cotilio monte fluere dixerit, quam opinionem Pausanias **VIII 41, 10** impugnat Lymacis originem ignotam esse contendens, et qui in Cotilio oriatur rivulus, eum post brevem cursum exarescere.

De Mantineae origine Pausanias hanc historiam refert **VIII 8, 4 sq.**: Antinoen Cephei filiam cum Arcadum parte ex oraculi responso in eum locum venisse serpente duce usam, et propter hanc causam fluvium, qui prope Mantineam esset, Ophin nominatum esse. Serpentem draconem fuisse hoc modo ex Homero ostendere conatur: anguem, qui Philoctetem morsu violaverit, ab Homero hydrum vocari, non ophin *Β* 723:

„ἕλκεϊ μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονος ὕδρου“,

contra draconem, quem aquila auspicii gratia in Troum exercitum dimittat, ophin ab eo vocari *Μ* 202:

„φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον“
208 sq.: „Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν
κείμενον ἐν μέσσοισι, Διὸς τέρας αἰγιόχοιο.“

Itaque ὄφιν apud Homerum idem valere atque δράκοντα. Profecto satis mirum est Pausaniam ignorasse draconem et serpentem et in tabulis Graecis et in artis operibus non esse diversos.

In Iovis templi Olympiaci fastigio occidentali Thesei et Pirithoi cum centauris pugnam effictam fuisse nemo est qui nesciat. Pausanias quaestionem sibi proponit, quaenam ratio Theseo et Pirithoo cum Iove Olympiaco intercedat. Respondet **(V 10, 8)** Pirithoum apud Homerum Iovis filium esse. Vide *Ξ* 317 sq., ubi Iupiter dicit:

„οὐδ' ὁπότ' ἠρασάμην Ἰξιονίης ἀλόχοιο,
ἣ τέκε Πειρίθοον, θεόφιν μήστωρ' ἀτάλαντον·“

Quod vero addit Theseum a Pelope, qui prope templum sepultus est, stirpem trahere, id ex alio auctore aut mythographo aut historico cognitum habet, nam Aethra Thesei mater Pelopis neptis est.[1]) Quam argumentationem magis captiosam quam probabilem esse vix est quod moneam.

Sed omnia haec minoris momenti sunt. Verum etiam ad controversias difficiliores solvendas, quae veterum grammaticorum animos valde commovebant, Homeri testimonium adhibet.

Arenes urbis vestigia nusquam extabant, itaque de situ eius nihil constabat (**V 6, 2**): *„τὰ δὲ ἐρείπια τὰ Ἀρήνης σαφῶς μὲν οὔτε Μεσσηνίων εἶχεν οὐδεὶς οὔτε Ἠλείων ἀποφῆναί μοι· διάφορα δὲ ὑπὲρ αὐτῆς καὶ οὐ κατὰ ταὐτὰ πάρεστι τοῖς ἐθέλουσιν εἰκάζειν,“*. Pausanias iis adstipulatur, qui Samicum antea Arenen vocatum esse arbitrabantur. Nam ruinas eius prope Anigrum sitas esse, Homerum autem dicere *Λ* 722 sq.: *„ἔστι δέ τις ποταμὸς Μινυήιος εἰς ἅλα βάλλων ἐγγύθεν Ἀρήνης,“*. Fluvium Minyeium autem Anigrum esse omnes Arcades consentire. Eadem fere apud Strabonem legimus VIII p. 346: *„τὸ μὲν οὖν Σαμικὸν ἔστιν ἔρυμα, πρότερον δὲ καὶ πόλις Σάμος προσαγορευομένη διὰ τὸ ὕψος ἴσως, ἐπειδὴ σάμους ἐκάλουν τὰ ὕψη· τάχα δὲ τῆς Ἀρήνης ἀκρόπολις ἦν τοῦτο, ἧς ἐν τῷ καταλόγῳ μέμνηται ὁ ποιητής „οἳ δὲ Πύλον τ' ἐνέμοντο καὶ Ἀρήνην ἐρατεινήν“. οὐδαμοῦ γὰρ σαφῶς εὑρίσκοντες ἐνταῦθα μάλιστα εἰκάζουσι τὴν Ἀρήνην, ὅπου καὶ ὁ παρακείμενος Ἄνιγρος ποταμός, καλούμενος πρότερον Μινύειος, δίδωσιν οὐ μικρὸν σημεῖον· λέγει γὰρ ὁ ποιητής „ἔστι δέ τις ποταμὸς Μινυήιος εἰς ἅλα βάλλων ἐγγύθεν Ἀρήνης.“* Haec ita cum Pausaniae verbis conveniunt, ut utrumque scriptorem ex eodem fonte hausisse luce clarius sit. Ceterum Arenae situm ante hos paucos annos Doerpfeld indagasse videtur.[2])

[1]) Cf. Eur. Suppl. 1 sqq. 263 sqq. Plut. Thes. c. 3. 4. alios.
[2]) Cf. Athen. Mitt. XXXIII (1908) p. 320 sqq.

Neque minor quaestio de Pylo Nestoris urbe erat. Tres enim huius nominis urbes in Peloponneso exstitisse et alii et Strabo (VIII p, 339) tradunt, in Triphylia unam, in Messenia prope Coryphasium alteram, in Elide tertiam. Atque Pausanias hac in quaestione ita sibi contradicit, ut duobus locis prorsus diversa adfirmet. Nam in Messeniacis in Coryphasio promunturio Pylum Nestoris urbem sitam fuisse dicit (**IV 36, 1**). Eam enim regionem valde arenosam esse[1]), Homerum autem Pylum *„ἠμαθόεντα“* vocare solere:

Β 77 *„Νέστωρ, ὅς ῥα Πύλοιο ἄναξ ἦν ἠμαθόεντος·“*
Ι 153 *„πᾶσαι δ' ἐγγὺς ἁλός, νέαται Πύλου ἠμαθόεντος·“*
cf. *Ι* 295 et *Λ* 712.
α 93 *„πέμψω δ' ἐς Σπάρτην τε καὶ ἐς Πύλον ἠμαθόεντα,“*
β 326 *„ἤ τινας ἐκ Πύλου ἄξει ἀμύντορας ἠμαθόεντος,“*
β 214 *„εἶμι γὰρ ἐς Σπάρτην τε καὶ ἐς Πύλον ἠμαθόεντα,“*
= *β* 359
δ 633 *„ὁππότε Τηλέμαχος νεῖτ' ἐκ Πύλου ἠμαθόεντος,“*
λ 257 *„ναῖε πολύρρηνος, ὃ δ' ἄρ' ἐν Πύλῳ ἠμαθόεντι.“*
ω 152 *„ἐκ Πύλου ἠμαθόεντος ἰὼν σὺν νηὶ μελαίνῃ.“*

Itaque Messeniam hanc urbem eam esse dicit, quam Homerus *„Νηλήιον“* nominet (*Λ* 682, *δ* 639 *„Πύλον Νηλήιον“*). Haec autem ea est opinio, quam Strabo sine dubio Apollodorum secutus tamquam a recentioribus profectam reiecit VIII p. 339: *„τρίτου δὲ τοῦ Μεσσηνιακοῦ τοῦ κατὰ Κορυφάσιον, ἕκαστοι τὸν παρά σφισιν ἠμαθόεντα πειρῶνται δεικνύναι, καὶ τὴν τοῦ Νέστορος πατρίδα τοῦτον ἀποφαίνουσιν. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῶν νεωτέρων καὶ συγγραφέων καὶ ποιητῶν Μεσσήνιόν φασι τὸν Νέστορα, τῷ σωζομένῳ μέχρι εἰς αὐτοὺς προστιθέμενοι.“* Qui autem intimam Homeri cognitionem habebant, in Elide Pylum Neleiam sitam fuisse docuerunt. Qua in re profecti sunt a versu *Ε* 544 sq.:

„γένος δ' ἦν ἐκ ποταμοῖο
Ἀλφειοῦ, ὅς τ' εὐρὺ ῥέει Πυλίων διὰ γαίης,“

Strabo l. l.: *„οἱ δ' Ὁμηρικώτεροι τοῖς ἔπεσιν ἀκολουθοῦντες*

[1]) Cf. Doerpfeld „Alt Pylos“ Ath. Mitt. XXXVIII (1913) p. 97 sqq.

τοῦτον εἶναί φασι τὸν τοῦ Νέστορος Πύλον, οὗ τὴν χώραν διέξεισιν ὁ Ἀλφειός·" Horum igitur doctrinam Pausanias quoque mira inconstantia in libro VI 22, 6 secutus est: „λέγουσι δὲ οἱ Ἠλεῖοι καὶ ἔπος ἐς τὴν Πύλον ταύτην ἔχειν τῶν Ὁμήρου,

„γένος δ' ἦν ἐκ ποταμοῖο
Ἀλφειοῦ, ὅστ' εὐρὺ ῥέει Πυλίων διὰ γαίης."

καὶ ἐμὲ ἔπειθον λέγοντες· ῥεῖ γὰρ δὴ διὰ τῆς χώρας ταύτης ὁ Ἀλφειός, ἐς δὲ ἄλλην Πύλον οὐκ ἔστιν ἐπενεγκεῖν τὸ ἔπος· Πυλίων γὰρ τῶν ὑπὲρ νήσου τῆς Σφακτηρίας οὐ πέφυκεν ἀρχὴν διοδεύειν τὴν γῆν ὁ Ἀλφειός, οὐ μὴν οὐδὲ ἐν τῇ Ἀρκάδων Πύλον ποτὲ ὀνομασθεῖσαν ἴσμεν πόλιν."

Contra recte monet Messenen urbem Homero ignotam esse (**IV 1, 3**); nam in navium catalogo Pylum tantum et Arenen aliasque urbes Messeniacas eum commemorare, Messenem autem omittere. Immo regionis nomen Messenen esse, non urbis, itaque in Odyssea φ 18 poetam scribere:

„μῆλα γὰρ ἐξ Ἰθάκης Μεσσήνιοι ἄνδρες ἄειραν"

atque paulo antea v. 15 sq:

„τὼ δ' ἐν Μεσσήνῃ ξυμβλήτην ἀλλήλοιιν
οἴκῳ ἐν Ὀρτιλόχοιο δαΐφρονος."

et ex aliis Odysseae versibus γ 488:

„ἐς Φηρὰς δ' ἵκοντο Διοκλῆος ποτὶ δῶμα,
υἱέος Ὀρτιλόχοιο," adparere Ortilochi urbem Pheras nominari.

Non raro Homeri testimonio ad argutias abutitur, quae cum eis, de quibus agitur, rebus vix cohaereant.

Prope Pylum Messeniacam specum vidit, qui bobus Nelei et Nestoris pro stabulo erat. Has autem boves de stirpe Thessalica fuisse adseverat, quae Melampodi vati ab Iphiclo donatae sint (**IV 36, 3**). Quo in loco quomodo versus Odysseae pedestri sermoni reddat, iam supra exposuimus (p. 24 s).

Homerus Cerberum Θ 368 „κύνα στυγεροῦ Ἀΐδαο" vocat. (Cf. Herculis de Iove verba λ 623 „καί ποτέ μ' ἐνθάδ'

ἔπεμψε κύν' ἄξοντ'".) Inde Homero Cerberum nomen ignotum fuisse quamquam fortasse recte conclusit, tamen praepropere iudicat, quod de forma eius nihil dicat, quamvis Chimaeram accurate describat, nullam certam Cerberi imaginem Homerum animo sibi finxisse neque omnino de cane cogitasse, nam etiam si draco fuisset, „Ἀΐδου κύνα" eum vocare potuisse (**III 25, 6**).

Pausaniam in exemplo suo *B* 729 legisse:

„οἳ δ' εἶχον Τρίκκην καὶ Ἰθώμην κλιμακόεσσαν"

(non κλωμακόεσσαν) supra (p. 5) vidimus. Hac lectione nisus Ithomen arduo in monte Messenio, qui idem nomen gerebat, sitam fuisse contendit (**IV 9, 2**): „ἦν δὲ καὶ πόλισμα αὐτόθι οὐ μέγα, ὃ καὶ Ὅμηρόν φασιν ἔχειν ἐν καταλόγῳ·

καὶ Ἰθώμην κλιμακόεσσαν.

ἐς τοῦτο τὸ πόλισμα ἀνῳκίζοντο, ἐπεκτείνοντες τὸν ἀρχαῖον περίβολον ἔρυμα εἶναι πᾶσιν αὔταρκες. ἦν δὲ τὸ χωρίον καὶ ἄλλως ἐχυρόν." Sed haec latius patent neque fortasse ipsius sed Messeniorum commenta sunt, qui quanto studio Aesculapium coluerint, nemo est qui ignoret. Quem in Thessalia a Coronide natum esse negabant, sed in Messenia ab Arsinoe Leucippi filia in lucem editum esse adfirmabant, id quod ex Hesiodo ipse Pausanias iam antea narravit (**II 26, 7. IV 3, 2**) [1]) Quid quod et Asclepiadas Iliadis sibi vindicare studuerunt? Machaonis quidem sepulcrum in Gerenia ostendebant atque Pharis Machaonis filii templum possidebant (Paus. **IV 3, 2**). Itaque Aesculapii filios non ex Thessalia sed ex Messenia Troiam profectos esse dixisse atque ex navium catalogo probasse videntur. Ibi enim legimus *B* 729 sqq.:

„οἳ δ' εἶχον Τρίκκην καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν,
οἵ τ' ἔχον Οἰχαλίην, πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος,
τῶν αὖθ' ἡγείσθην Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδε,
ἰητῆρ' ἀγαθώ, Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων."

Atque de Oechaliae situ magnam in antiquitate controversiam

---

1) Preller-Robert I^4 p. 520. Wilamowitz „Isyllos von Epidauros" p. 78.

fuisse constat, cum revera plures huius nominis urbes extitisse videantur. Pausanias igitur in Messenia Oechaliam sitam fuisse pluribus locis dicit: Carnasium enim antea ita nominatum esse tradit: **IV 2, 2** „. . *τὸ Καρνάσιον, τότε δὲ Οἰχαλίαν κληθεῖσαν,*“ **IV 3, 10** „. . *καὶ Εὐρύτῳ τῷ Μελανέως ἐναγίζειν ἐν Οἰχαλίᾳ πρὸ τῆς τελετῆς τῶν Μεγάλων θεῶν ἀγομένης ἔτι ἐν Ἀνδανίᾳ.*“ **IV 26, 6** „*τὴν γὰρ Ἀνδανίαν οἱ Μεσσήνιοι καὶ Οἰχαλίαν οὐκ ἔφασαν ἀνοικιεῖν, ὅτι αἱ συμφοραί σφισιν ἐγεγόνεσαν ἐνταῦθα οἰκοῦσιν.*“ **IV 33, 4** „*τοῦ πεδίου δέ ἐστιν ἀπαντικρὺ καλουμένη τὸ ἀρχαῖον Οἰχαλία, τὸ δὲ ἐφ' ἡμῶν Καρνάσιον ἄλσος,*“. De Ithome modo diximus (cf. p. 5.) Triccam quoque, cuius nomen maxime cum Aesculapio cohaeret, apud se extitisse eiusque etiam vestigia superesse adseveraverunt **IV 3, 2**: „*καὶ Τρίκκαν τε καλοῦσιν ἔρημον ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ χωρίον*“, hanc autem urbem Messeniam Homerum in mente habuisse eo demonstrare conati sunt, quod Machaonem vulneratum Nestor summa cum benevolentia curat, *Λ* 517 sq.:

> „*αὐτίκα δ' ὧν ὀχέων ἐπεβήσετο, πὰρ δὲ Μαχάων βαῖν',*“ *κτλ,* quod non fecisset, nisi Machaonis in Graecia

sedes suis vicinae fuissent: „*οὐκ ἂν οὖν αὐτὸν* < *εἰ* > *μὴ ἐς γείτονα καὶ ἀνθρώπων βασιλέα ὁμοφύλων προθυμίαν τοσήνδε γε ἐπιδείξασθαι.*“ Mira profecto argumentatio sive Pausaniae est sive Messeniorum!

Homeri auctoritas cum apud Pausaniam plurimum valeat[1]), vulgares popularesque opiniones quandocumque ei repugnant, ex eo refutat. Thebani Cephisida paludem, quae vulgo Copaïs vocatur, inde ortam esse narrabant, quod Hercules, cum Orchomenum oppugnaret et deleret, subterraneum Cephisi fluvii in mare Euboeicum exitum, ut campos inundaret, obturasset **(IX 38, 7)**: „*Θηβαῖοι δὲ τὸν ποταμὸν τὸν Κηφισόν φασιν ὑπὸ Ἡρακλέους ἐς τὸ πεδίον ἀποστραφῆναι τὸ Ὀρχομένιον· τέως δὲ αὐτὸν ὑπὸ τὸ ὄρος ἐς θάλασσαν ἐξιέναι, πρὶν*

---

[1]) Vide **II 21, 10** „*πρόσκειμαι γὰρ πλέον τι ἢ οἱ λοιποὶ τῇ Ὁμήρου ποιήσει;*“ de **IV 29, 1** vide infra.

ἢ τὸν Ἡρακλέα τὸ χάσμα ἐμφράξαι τὸ διὰ τοῦ ὄρους.“ cf. Diod. IV 18, 7: „*ἐν δὲ τῇ Βοιωτίᾳ* (Hercules) . . . . . *ἐμφράξας τὸ περὶ τὸν Μινύειον Ὀρχομενὸν ῥεῖθρον ἐποίησε λιμνάζειν τὴν χώραν καὶ φθαρῆναι τὰ κατ' αὐτὴν ἅπαντα.*“ IG XIV 1293: „*τὰν λίμναν ἐπὶ / τοῦ πεδίου [ἐποίησεν] αὐτοῖς ἀποφράξας [τὸν] ποταμόν.*“ Quod aliter sese habere Pausanias ex Homero probat, nam illum Cephisida pro palude naturali neque ab Hercule facta habuisse ex verbis „*λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισίδι*“ (*E* 709) adparere. Et si revera Hercules exitum obturasset, Orchomeniis certe curam fuisse, ut fauces indagarent et fluvio pristinum exitum rursus aperirent. Neque opes eis defuisse, nam quantum etiam belli Troiani temporibus opibus valuerint, Achillis verba docere *I* 381 „*οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχομενὸν ποτινίσσεται,*“.

Amanthunte in Adonidis templo inter mirabilia Eriphyles monile ostendebatur. Quod cum ex lapidibus viridibus auro inclusis constaret, genuinum fuisse negat Pasanias **IX 41, 3**, nam verum monile ex auro tantum constitisse Homeri de Eriphyla verba probare:

> *λ* 327: „*ἢ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα.*“

Sane illum composita quoque atque varia monilia cognita habuisse Odysseam docere, nam et in Eumaei narratione legi:

> *ο* 459 sq.: „*ἦλυθ' ἀνὴρ πολύιδρις ἐμοῦ πρὸς δώματα πατρός*
> *χρύσεον ὅρμον ἔχων, μετὰ δ' ἠλέκτροισιν ἔερτο,*“

et simile monile Eurymachum Penelopae offerre: *σ* 295 sq.

> „*ὅρμον δ' Εὐρύμαχος πολυδαίδαλον αὐτίκ' ἔνεικε*
> *χρύσεον, ἠλέκτροισιν ἐερμένον, ἠέλιον ὥς.*“

(de verbis cf. supra p. 8), sed de Eriphylae monili nihil eiusmodi eum dicere. Itaque ex Vulcani operibus ab Homero commemoratis nullum aetatem tulisse praeter sceptrum Agamemnonis (vide supra p. 16).

Argis in Latona templo iuxta deae simulacrum statua virginis stabat, quam Chlorin nominabant. Narraverunt autem Argivi eam Niobae filiam fuisse et initio Meliboeam vocatam.

Cum fratres sororesque Apollinis et Dianae sagittis perirent, eam et Amyclam fratrem Latonam invocavisse et ideo solos servatos esse. Eandem fabulam apud Telesillam[1]) exstitisse ex Apollodoro **III 5, 6, 4** discimus.[2]) Meliboeam autem prae metu paluisse et propterea Chloridis nomen accepisse. Postea eam et fratrem superstitem Latonae gratitudinis ergo Argis templum condidisse. Haec autem Homero repugnant, apud quem de Latonae liberis legimus *Ω* 609:

„*τὼ δ' ἄρα καὶ δοιώ περ ἐόντ' ἀπὸ πάντας ὄλεσσαν.*"

Itaque non vera esse, sed omnes Niobae liberos interiisse Pausaniae persuasum est **(II 21, 10)**.

Lacedaemonii Lan Laïs veteris oppidi Laconici maritimi (*B* 585) eponymum ab Achille necatum esse referebant, qui Spartam veniret, ut Helenam sibi a Tyndareo uxorem peteret. Contra Pausanias **III 24, 11** Patroclum, non Achillem Laïs interfectorem esse contendit, cum Patroclus, non Achilles inter Helenae procos fuerit[3]). Sane quod in procorum catalogo Hesiodeo[4]) Achilles desit, id minoris momenti esse, quod iam antea solus Helenam uxorem sibi poscere potuerit. Sed et ex Iliade et ex Odyssea probare conatur hoc fieri non potuisse. Nam in Iliade Achillem dicere se Atridarum gratia, non iure iurando a Tyndareo concepto obstrictum bello interesse (*Α* 158), qua de re Pausaniam Homeri verba ita reddere, ut lectorem in errorem inducere possit, antea vidimus p. 21 sq. Tum Antilochum *Ψ* 790 dicere Ulixem Achille natu maiorem esse. Atque hic nobis paulo subsistendum est, nam rursus minus accurate Pausanias Homeri sententiam reddit. Dicit enim Antilochus et ab Aiante et ab Ulixe cursu superatus 787 sqq.:

„*εἰδόσιν ὔμμ' ἐρέω πᾶσιν, φίλοι, ὡς ἔτι καὶ νῦν*
ἀθάνατοι τιμῶσι παλαιοτέρους ἀνθρώπους.
Αἴας μὲν γὰρ ἐμεῖ' ὀλίγον προγενέστερός ἐστιν,

---

1) Fr. 5 (Bergk).
2) Cf. Preller-Robert l. c. I⁴ p. 233. Roscher s. v. Chloris c. 897.
3) Apollod. III 10, 8, 8. Hygin. fab. 81.
4) Cf. Wilamowitz Berliner Klassiker Texte V I p. 39.

οὗτος δὲ προτέρης γενεῆς προτέρων τ' ἀνθρώπων.
ὠμογέροντα δέ μίν φασ' ἔμμεναι· ἀργαλέον δὲ
ποσσὶν ἐριδήσασθαι Ἀχαιοῖς, εἰ μὴ Ἀχιλλεῖ."

Itaque non Achillem, sed se ipsum Ulixe natu minorem esse dicit. Atque ita etiam scholia B T percipiunt, quae de aetatibus heroum sic scribunt ad *Ψ* 789: „*τὰς ἡλικίας ἐσήμανε τῶν ἡρώων· ἔστι γὰρ Ἀντίλοχος νέος, μείζων Αἴας, εἶτα ὁ βουγάϊος* (*Ν* 824) (B, *εἶτα ὁ Τελαμώνιος* T), *εἶτα Ὀδυσσεὺς εἶτα Ἰδομενεὺς* (scil. *μεσαιπόλιος* *Ν* 361), *εἶτα Νέστωρ.*" Dixeris, quae de Antilocho valeant, etiam de Achille valere. Recte quidem, sed haec non, ut Pausanias indicare videtur, a poeta dicta sed ex verbis eius conclusa sunt. — Sed ad propositum revertamur. Ulixes igitur Achille maior natu est. Atque ipse in Odyssea Theseum et Pirithoum superioris aetatis viros nominat. Pausanias l. l. „*ὅτι Θησέα ἰδεῖν ἐθελῆσαι καὶ Πειρίθουν προτέρους ἄνδρας ἢ καθ' ἡλικίαν τὴν αὑτοῦ.*" Spectant haec ad Necyiae versus *λ* 628 sqq.:

„*αὐτὰρ ἐγὼν αὐτοῦ μένον ἔμπεδον, εἴ τις ἔτ' ἔλθοι*
ἀνδρῶν ἡρώων, οἳ δὴ τὸ πρόσθεν ὄλοντο.
καί νύ κ' ἔτι προτέρους ἴδον ἀνέρας, οὓς ἔθελόν περ·
Θησέα Πειρίθοόν τε, θεῶν ἐρικυδέα τέκνα·"

Itaque Theseus Achille multo aetate maior erat, at Theseus Helenam antea rapuerat. Itaque Achilles eius procus fuisse nequit. Haec cum scriberet Pausanias, oblitus est Patroclum quoque quamquam paulo natu maiorem Achille (*Λ* 767 sqq.) tamen Theseo multo posteriorem fuisse debere, itaque ne eum quidem inter Helenae procos fuisse posse, ut ipse antea adfirmaverat.

Gravem scrupulum Pausaniae inicit Oedipodis sepulcrum Athenis in Areopago situm **(I 28, 7)**. Atheniensibus fidem abrogare non audet, sed Homeri sententia Oedipum Thebis sepultum fuisse ex Iliadis de Mecisteo versibus (*Ψ* 679 sq.)

„*ὅς ποτε Θήβας δ' ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο*
ἐς τάφον" recte conclusit. Hanc *ἀπορίαν* cum iterum atque iterum perpendisset („*πολυπραγμονῶν*"), ita solvit, ut ossa

eius ex Thebis Athenas transposita esse arbitraretur[1]); Sophoclem autem Oedipum in Colono Hippio diem supremum obiisse narrantem iisdem Iliadis versibus refellit: „*τὰ γὰρ ἐς τὸν θάνατον Σοφοκλεῖ πεποιημένα τὸν Οἰδίποδος Ὅμηρος οὐκ εἴα μοι δόξαι πιστά, ὃς ἔφη Μηκιστέα τελευτήσαντος Οἰδίποδος ἐπιτάφιον ἐλθόντα ἐς Θήβας ἀγωνίσασθαι.*“ Multo enim minor apud eum tragicorum, quos raro commemorat, auctoritas est quam Homeri.

Paulo post, ubi de Colono Hippio agit, ad hanc quaestionem revertitur **(I 30, 4)**: „*δείκνυται δὲ καὶ χῶρος καλούμενος κολωνὸς ἵππιος, ἔνθα τῆς Ἀττικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγουσιν Οἰδίποδα, διάφορα μὲν καὶ ταῦτα τῇ Ὁμήρου ποιήσει, λέγουσι δ' οὖν,*“ sed hic Homero non narrationem Sophocleam, sed famam popularem opponit[2]), quae eo a Sophocle discessit, quod Oedipum in Colono non mortuum esse, sed primum, postquam in Atticam venit, gradum constitisse volebat.

Psophidii Aglaum civem suum Croesi aequalem per totam vitam felicem fuisse tradiderunt **(VIII 24, 12)**, id quod Pausanias fieri potuisse negat, nam Homero auctore duo dolia in Iovis domo stare, bonorum unum, malorum alterum plenum (*Ω* 527); atque Iuppiter, id quod dicere Pausanias omittit, quod lectorem versus Homericos in mente habere putat, mala pura hominibus tribuit, bona non aliter quam malis mixta, itaque Aglaum minus

---

[1]) Robert „Oidipus“ I p. 39.

[2]) Rarius famam popularem non ex Homero sed ex aliis fabulis redarguit, cuius rei unum saltem exemplum adpono. In Pythio Arcadico prope Pheneum sito Chalcodontis et Telamonis sepulcra ostendebantur, quos Herculis socios fuisse et in eius contra Eleos expeditione cecidisse perhibebant **(VIII 15, 6 sq.)**. At Chalcodonta Elephenoris in Iliade commemorati patrem (*Β* 540. *Δ* 463) ab Amphitryone necatum esse fabula Thebana narrabat, quam et hoc loco et postea in Boeoticis **(IX 17, 3. 19, 3)** Pausanias refert et Plutarchus (Narrat. am. III c) commemorat. Telamonem autem post bellum Troianum, itaque multo post Herculis aetatem, Teucrum sine Aiante reversum ex patria fugasse multi cum poetae tum scriptores tradiderunt. Quae cum nullo modo cum Arcadum narratione conciliari possint, Pausanias alios eiusdem nominis heroes in Pythio illo sepultos esse statuit.

ceteris mala perpessum esse Pausanias concedit, ut navis navi minus tempestatibus vexatur, omni malo liberatum fuisse negat.

At est, ubi Homeri auctoritatem Pausanias aegre sustentare possit.

Tityum Giganta Ulixes in Orco videt *λ* 577:

„*κείμενον ἐν δαπέδῳ· ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα.*“

At sepulcri eius, quod prope Panopeum ostendebatur, circuitus stadii tertia parte non amplior erat **(X 4, 5)**. Exspectaveris Pausaniam hic quoque sepulcrum genuinum esse Odysseae illo versu nisum negare; nam non in terra Tityum sepultum esse sed in Orcum detrusum, et corporis eius magnitudinem sepulcri mensuram longe excedere. Sed satis habet incolarum excusationem adferre Homerum non de Gigantis proceritate sed de Orci loco loqui, cui *πλέθρα ἐννέα* nomen fuerit. Corpus autem Tityi non simul in Orco et in terra Phocide iacere posse nullo verbo monet.

Quod in hac quaestione praetermisit, in Callistus fabula disceptanda observat **(VIII 3, 6)**. In archaeologia Arcadica Callistonem, ut fama pupularis ferebat, a Iove in ursam conversam, ursam astris inlatam esse narrat. Quod sidus ab Homero commemorari *ε* 272 sqq., ubi de Ulixe dicit:

„*Πληιάδας τ' ἐσορῶντι καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην*
ἄρκτόν θ', ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,“.

At Tricolonis Arcades sepulcrum Callistus ostendebant **(VIII 35, 8)**. Itaque Pausanias conclusit non ipsam inter astra collocatam, sed sidus illud in honorem eius nominatum esse **(VIII 3, 7)**: „*ἔχοιεν δ' ἂν καὶ ἄλλως τὸ ὄνομα οἱ ἀστέρες ἐπὶ τιμῇ τῇ Καλλιστοῦς, ἐπεὶ τάφον γε αὐτῆς ἀποφαίνουσιν οἱ Ἀρκάδες.*“

Controversia conclamata erat de Necyiae versibus *λ* 271 sqq.:

„*μητέρα τ' Οἰδιπόδαο ἴδον, καλὴν Ἐπικάστην,*
ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀιδρείῃσι νόοιο,
γημαμένη ᾧ υἷι· ὁ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας
γῆμεν· ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν.“

Quaerebatur, si dei statim post nuptias incestum palam fecissent et si Iocaste iam tum mortem sibi conscivisset, (quos versus,

qui summi ad rem momenti sunt, Pausanias mira neglegentia exscribere omittit), quomodo Oedipodi filii Eteocles et Polynices nasci possent. Respondebant eos ex alia uxore, Eurygania nomine, quam post Epicastes mortem, quamquam oculis privatus, in matrimonium duxisset, procreatos esse (Schol. Eur. Phoen. 1760). His adstipulatur Pausanias, fortasse Phoenissarum commentario et ipse usus (**IX 5, 11**): *„ἐξ Εὐρυγανείας δὲ τῆς Ὑπέρφαντος ἐγεγόνεσαν.“* Revera ab aliis Oedipodis mater non Epicaste sed Eurygania vocata et narratum est veritatem multis annis post cognitam esse[1]). Quorum in numero et Oedipodiae auctor et Onasias pictor Plataeensis erant, quos Pausanias allegat.

Stygem clarissimum Nonacriae fontem maxime his Iliadis versibus *O* 36 sq.:

„ἴστω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε
καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ“

famam suam debere Pausanias **VIII 18, 2** dicit neque iniuria addit: *„ταῦτα μὲν δὴ ἐποίησεν ὡς ἂν ἰδὼν ἐς τὸ ὕδωρ τῆς Στυγὸς στάζον“* cf. Herod. VI. 74: *„ὕδωρ ὀλίγον φαινόμενον ἐκ πέτρης στάζει ἐς ἄγκος,“*. Pergit Pausanias Homero teste etiam Titaresii fluvii Thessali aquam ex Styge oriundam esse (**VIII 18, 2**): *„βούλεται δὲ καὶ ἐν καταλόγῳ τῶν μετὰ Γουνέως Τιταρησίῳ ποταμῷ ῥεῖν τὸ ὕδωρ ἀπὸ τῆς Στυγός.“* Quae si legeris, de Styge Arcadica sermonem esse putes, tamquam Thessalia cum Arcadia cuniculis coniuncta esset. Iam videamus, quae Homerus *B* 752 sqq. revera de Titaresio narrat:

„ὅς ῥ' ἐς Πηνειὸν προΐει καλλίρροον ὕδωρ,
οὐδ' ὅ γε Πηνειῷ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ,
ἀλλά τέ μιν καθύπερθεν ἐπιρρέει ἠΰτ' ἔλαιον·
ὅρκου γὰρ δεινοῦ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀπορρώξ.“

Vides de horribili inferorum Styge eum loqui, cuius aqua cum Penei undis profanis non miscetur sed olei instar in superficie manet. Hanc vero Stygem tertio demum loco

---

1) Cf. Robert „Oidipus“ I p. 110.

Pausanias commemorat de Homero dicens: *„ἐποίησε δὲ καὶ ἐν Ἅιδου ὕδωρ εἶναι, καὶ Ἀθηνᾶ τὸν Δία οὐ μεμνῆσθαί φησιν ὅτι δι' αὐτῆς Ἡρακλέα ἔσωζεν ἐκ τῶν Εὐρυσθέως ἄθλων·* (*Θ* 366 sqq.)

„εἰ γὰρ ἐγὼ τόδε ᾔδη ἐνὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσιν,
εὖτέ μιν εἰς Ἀίδαο πυλάρταο προὔπεμψεν
ἐξ Ἐρέβευς ἄξοντα κύνα στυγεροῦ Ἀίδαο,
οὐκ ἂν ὑπεξέφυγε Στυγὸς ὕδατος αἰπὰ ῥέεθρα.“

Quae vero inter formidulosum hunc fontem et Stygem Arcadicam ratio intercedat, quaerere supersedet, nisi quod ut duos Acheloos (vide supra p. 23) ita duas quoque Styges statuisse videtur, cf. Schol. A ad *O* 37: *„τινές φασιν ὅτι ὁμώνυμος ταύτῃ ἐστὶν ἡ πηγή, ἣν ἐν Ἀΐδου ὅρκον φρικτὸν αὐτῶν οἱ θεοὶ πεποίηνται βουλήσει Διός.“* Denique in eo quoque fallitur, quod Iunonem per Stygem Arcadicam iurare putat, cum per Orci Stygem eam iurare consentaneum sit.

Sed non solum ad varias de quibus scribit res explicandas Homerum adhibet; interdum Homerum ipsum ex his rebus explicat, nonnumquam ad alios auctores sese adplicans, velut ubi de verbis *Π* 185, *ω* 10 (cf. Hes. fr. 23 apud Strabon. I p. 42) *„Ἑρμείας ἀκάκητα“* quaestio est. Fuerunt, qui hanc epiclesin eandem esse quam *„Ἀκακήσιος“* putarent, quo cognomine a Parrhasiorum et colle et urbe Acacesio derivato (Paus. **VIII 36, 9 sq.**) Mercurius et in colle illo et Megalopoli colebatur. (Paus. l. l. et 30, 6). Atque Callimachus, qui hymn. Dian. 143 *„Ἑρμείης Ἀκακήσιος“* scribit, utrum glossam illam Homericam an Arcadicum tantum cultum in mente habeat, ut scholiis visum est (*„ἀπὸ ὄρους Ἀρκαδίας“*), certa ratione discerni nequit. At certe Eratosthenes gravissimus eius opinionis auctor erat.[1]) Contradixit Aristarchus qui Acaceta a *κακός* adiectivo derivans idem valere atque *δώτωρ ἐάων* (*ϑ* 335) docuit (Schol. A B T ad *Π* 185. Aristid. II p. 144 Dindorf:

---

1) Schol. B D ad *E* 422; ex eis schol. Callim. l. l. Et. Magn. 546, 17. Cramer Anecd. Parisin. III p. 21. Schol. Od. *ο* 10 Et. Magn. 44, 14. Vide Ed. Hiller „Eratosth. c. rel.“ p. 9 sqq. Preller-Robert l. c. I[4] p. 389, 1.

„οὐκ ἀπὸ τοῦ ἐν Ἀρκαδίᾳ ἄντρου Ἀκακησίου προσηγορεύεται καθ' Ὅμηρον ὁ Ἑρμῆς Ἀκακήσιος ἀλλὰ διὰ τοῦ κακοῦ μηδενὸς παραίτιος γίνεσθαι . . . . . ὅθεν καὶ δοτὴρ ἐάων ὅ ἐστιν τῶν ἀγαθῶν“ A. „πάντων ἀγαθῶν αἴτιος καὶ οἱ μὲν θεοὶ κοινῇ δοτῆρες ἐάων, ὁ δὲ Ἑρμῆς ἰδίᾳ δώτωρ ἐάων.“ B T. „ὁ μηδενὸς κακοῦ αἴτιος. T. „μηδενὸς κακοῦ μεταδωτικὸς ἐπεὶ καὶ δοτὴρ ἐάων.“ Schol. B ad *E* 422. „μηδενὸς κακοῦ παραίτιος ὤν“ Schol. Callim. Aristarchum secutus est discipulus eius Apollodorus (apud Strab. I p. 43). Fuerunt quoque, qui Ἀκάκητα epiclesin non ab Acacesio sed Acacesium ab Ἀκάκητα epiclesi derivarent: Schol. T: „ἐξ αὐτοῦ δὲ τὸ Ἀκακήσιον ὄρος“. Parum refert, quod alii ἀκάκητα passive dictum esse arbitrati „ὁ μὴ δυνάμενος κακωθῆναι ὑπὸ ἑτέρου“ interpretabantur (Schol. A). Pausanias **(VIII 3, 2)** cum Eratosthene facit ita tamen, ut Ἀκάκητα non ab Acacesio sed ab urbis conditore eponymoque Acaco Lycaonis filio derivet.

Homerus *N* 389, *Π* 482, populum albam Acheroïda nominat. Pausanias nomen inde explicat, quod Hercules hanc arborem ab Acheronte petiverat **(V 14, 2)**: „τὴν δὲ λεύκην ὁ Ἡρακλῆς πεφυκυῖαν παρὰ τὸν Ἀχέροντα εὗρε τὸν ἐν Θεσπρωτίᾳ ποταμόν, καὶ τοῦδε ἕνεκά φασιν αὐτὴν Ἀχερωίδα ὑπὸ Ὁμήρου καλεῖσθαι.“

Hector Andromachae servitutem animo praesagiens futuram eius sortem his verbis depingit *Z* 456 sqq.

„καί κεν ἐν Ἄργει ἐοῦσα πρὸς ἄλλης ἱστὸν ὑφαίνοις,
καί κεν ὕδωρ φορέοις Μεσσηίδος ἢ Ὑπερείης
πόλλ' ἀεκαζομένη, κρατερὴ δ' ἐπικείσετ' ἀνάγκη.“

Quod scholia A dicunt Argis hos fontes fuisse, ex ipso textu conclusum est, cum Ἄργος latiore sensu scriptum esse possit. Rectius scholia T Hypeream in Thessalia fuisse adfirmant Pindari testimonio adscripto (Pyth. IV 125):

„ . . . . . ἐγγὺς
μὲν Φέρης κράναν Ὑπερῆδα λιπών,“

cf. Soph. fr. 825. Quare fuerunt, qui etiam Messeïda in

Thessalia quaererent[1]. Et Strabo refert prope ruinas, quas Phthiae attribuebant, utrumque fontem etiam suo tempore exstare (IX p. 432). Idem tradit etiam Pheris Hyperiam fontem esse (IX p. 439), isque locus Pindari et Sophoclis testimoniis unice convenit. Itaque ut de Hyperia Thesalica constat, ita de Messeïde Thesalica actum est. Contra alii utrumque fontem in Laconia esse adfirmabant[2], idque de Messeïde Pausaniae testimonio **(III 20, 1)** confirmatur, qui quamquam Homerum non nominat, Iliadis versus sine dubio in mente habere debet. Ex eo discimus alios hunc fontem Therapnae ostendisse alios eundem quam Πολυδεύκειαν κρήνην esse dixisse, cui fonti inter Therapnam et Spartam locus erat.

Tripodes, quos Agamemnon Achilli irato inter munera promittit, quibus iram eius sedare studet, ἀπύρους Homerus vocat (I 122. 264). Veteres interpretes incerti erant, utrum hoc vocabulo tripodes, qui non usui sed decori destinati essent, an qui nondum in usu fuissent, significarentur. Ab hac parte stant scholia A: „τοὺς μὴ εἰς πῦρ χρησίμους, ἀλλὰ ἀναθεματικοὺς καινουργεῖς, τοὺς κόσμου χάριν τιθεμένους ἐν τῷ οἴκῳ,“ schol. B T: „ἀπύρους· ὡς πρὸς σύγκρισιν τῶν ἐμπυριβητῶν.“ Spectant haec ad versum *Ψ* 702: „τῷ μὲν νικήσαντι μέγαν τρίποδ' ἐμπυριβήτην,“ ubi scholia T: „οὐκ ἀναθεματικόν, <ἀλλὰ> πρὸς τὸ μετὰ τοὺς ἱδρῶτας ἀπολούσασθαι.“ Similia Hesychius: „ἀπύρους τρίποδας· τοὺς ἀναθηματικούς, καινούς, καὶ οὐδέποτε πεπυρωμένους, ἀλλ' ἕνεκα κόσμου ἀνακειμένους. ἐξ ἐναντίου δὲ (ἐμ)πυριβήτας, ἐν οἷς θερμαίνουσιν ὕδωρ.“ Alterius sententiae testes sunt scholia D: „τοὺς μὴ εἰς πῦρ χρησίμους, ἀλλ' ἀναθεματικοὺς καινουργεῖς, τοὺς κόσμου χάριν τιθεμένους ἐν τῷ οἴκῳ,“ Apollon. Lex. 40, 33, Eustath. 739, 60. Pausanias priorem explicationem amplexus, ubi Messenae in Hierothysio tripodes veteres adspicit, ut doctrina Homerica sua glorietur, scribit **(IV 32, 1)**: „κεῖνται δὲ καὶ ἀρχαῖοι τρίποδες· ἀπύρους αὐτοὺς καλεῖ Ὅμηρος.“ Etiam

---

[1] Cf. Hesych. s. v. Μεσσηίς· „κρήνη ἐν Θεσσαλίᾳ.“
[2] Schol. D ad *Z* 457 „οἱ δὲ τῆς Λακωνικῆς“.

X 17, 13, ubi statua a Sardiniis Delphis dedicata ad longam de ea insula disputationem eum abripit, Pausanias Odysseae scholio aut commentario usus est. Nam narrat in insula illa unam solam plantam perniciosam inveniri apio similem, quam qui comederit tamdiu ridere cogi, donec exspiret. Hoc autem esse, quod et Homerus et posteri risum Sardanium vocent. Spectant haec ad Odysseae versus *υ* 301 sq.: (Ulixes)

„. . *μείδησε δὲ θυμῷ*
σαρδάνιον μάλα τοῖον·"

Pausaniae autem verba sunt: „*ἡ πόα δὲ ἡ ὀλέθριος σελίνῳ μέν ἐστιν ἐμφερής, τοῖς φαγοῦσι δὲ γελῶσιν ἐπιγίνεσθαι τὴν τελευτὴν λέγουσιν. ἐπὶ τούτῳ δὲ Ὅμηρός τε καὶ οἱ ἔπειτα ἄνθρωποι τὸν ἐπὶ οὐδενὶ ὑγιεῖ Σαρδάνιον γέλωτα ὀνομάζουσι.*" Respondent haec his scholiorum verbis: „*ἔνιοι δὲ γίνεσθαι λέγουσιν ἐν Σαρδοῖ τῇ νήσῳ σέλινον τοιοῦτον, ὃ τοὺς φαγόντας ξένους μετὰ σπασμοῦ σεσηρότας ἀπόλλυσθαι ποιεῖ,*" cf. Servium ad ecl. VII 41 („Immo ego Sardoniis videar tibi amarior herbis"): „In Sardinia enim nascitur quaedam herba, ut Sallustius dicit, apiastri similis. Haec comesa ora hominum rictus dolore contrahit et quasi ridentes interimit, unde vulgo *Σαρδόνιος γέλως.*"

Inter Arcadum oppida Homerus in catalogo *B* 606 etiam

„*Ῥίπην τε Στρατίην τε καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην*"

enumerat. Horum posteriore tempore ne vestigium quidem supererat ita ut situs eorum prorsus ignoraretur. Itaque Apollodorus apud Strabonem VIII p. 388 de eis iudicat: „*εὑρεῖν τε χαλεπὸν καὶ εὑροῦσιν οὐδὲν ὄφελος διὰ τὴν ἐρημίαν.*" In scholiis altum silentium! Stephanus Byzantius de Rhipa et Stratia satis habet adnotare: „*Ἀρκαδικὴ πόλις,*" nisi quod Stratien heroinam eponymam Phenei filiam fuisse addit, sed de Enispa scribit: „*φασί δὲ ἢ τῆς Κλειτορίας γῆς εἶναι ἢ τῆς Ψωφῖδος,*" ita ut de ea curiosius quaesitum esse videatur. Atque haec sola trium illarum urbium est, quae a Plinio in catalogo Arcadico nominatur (**IV 20**). At ex Pausania (**VIII 25, 12**) discimus fuisse, qui Rhipam et Stratiam et Enispam insulas in

Ladone fluvio sitas fuisse contenderent. Quod aut ipse aut is quem sequitur auctor non sine sale ita refellit, ut moneat Ladonem pulchritudine quidem omnibus fere mundi fluviis praestare, latitudine autem tam angusta esse, ut ne insulae quidem, quae scapha non maior sit, locum praebeat: „*οὐ γὰρ ἄν ποτε οὐδὲ νῆι παρισουμένας πορθμίδι παράσχοιτο ὁ Λάδων νήσους. κάλλους μὲν γὰρ ἕνεκα οὐδενὸς ποταμῶν δεύτερος οὔτε τῶν βαρβαρικῶν ἐστιν οὔτε Ἕλληνος, μέγεθος δὲ οὐ τοσοῦτος ὡς ἐν αὐτῷ καὶ νήσους ἀναφαίνεσθαι καθάπερ ἐν Ἴστρῳ τε καὶ Ἠριδανῷ.*" Addere poterat Enispam, cum „*ἠνεμόεσσα*" diceretur, non in fluvio sed in monte sitam fuisse oportere, ac sagaciter Hillerus de Gaertringen[1]) monet fieri posse, ut Anemosa pagus a Pausania (**VIII 35, 9**) inter Megalopolin et Methydrium prope Phalanthum commemoratus ab Enispa diversus non sit. Quod ut certum non est, ita aliqua probabilitatis specie minime caret.

Fabulas ab Homero narratas Pausaniam, quoadusque cogitari potest, ingenuo animo pro veris habere nemo mirabitur.

Arcades cum Gigantum et deorum proelium regioni suae vindicaverint, occasione nactus de Gigantibus latius disserit **VIII 29, 2.** In Iliade Homerum mentionem eorum non facere, in Odyssea autem non solum Laestrygones cum Gigantibus comparare (*κ* 120; cf. supra p. 22), sed etiam Alcinoum dicentem facere Phaeaces deis in propinquo esse ut Cyclopes et Gigantum populum: „*ἐποίησε δὲ καὶ τὸν βασιλέα τῶν Φαιάκων λέγοντα εἶναι τοὺς Φαίακας θεῶν ἐγγὺς ὥσπερ Κύκλωπας καὶ τὸ γιγάντων ἔθνος.*" Sic hos Odysseae versus reddit *η* 205 sq.:

„. . . . *ἐπεί σφισιν* (deis) *ἐγγύθεν εἰμέν,*
ὥσπερ Κύκλωπές τε καὶ ἄγρια φῦλα Γιγάντων."

Qui quomodo explicandi essent, iam veteres incerti erant; nam alii *ἐγγύθεν* ad vicinitatem (*ὅμοροι*), alii ad cognationem (*κατὰ γένος*), cum Phaeaces a Neptuno genus ducerent (*η* 56),

---

[1]) I G V 2 p. 130 et 165 sqq.

alii ad iustitiam (*κατὰ δικαιοσύνην*) rettulerunt. Sed si versus praecedentes *η* 201 sqq. respexeris:

„αἰεὶ γὰρ τὸ πάρος γε θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς
ἡμῖν, εὖθ' ἕρδωμεν ἀγακλειτὰς ἑκατόμβας,
δαίνυνταί τε παρ' ἄμμι καθήμενοι, ἔνθά περ ἡμεῖς.
εἰ δ' ἄρα τις καὶ μοῦνος ἰὼν ξύμβληται ὁδίτης,
οὔ τι κατακρύπτουσιν,"

non dubitabis, quin Homerus dicere voluerit Phaeacum sedes deis propinquas esse. In eo autem consentiunt scholia Phaeaces cum Cyclopibus et Gigantibus comparari non posse, sed eandem inter Phaeaces et deos intercedere necessitudinem, sive *κατὰ τόπον* sive *κατὰ γένος* sive *κατὰ δικαιοσύνην* dici atque inter Cyclopes et Gigantes: *„συγγενεῖς γάρ ἐσμεν θεῶν, ὡς οἱ Κύκλωπες τῶν Γιγάντων. ὅμοροι γὰρ οὗτοι. ἢ ἄμφω ἄδικοι"* B. T. *„ὅμοροι γὰρ οὗτοι. ἢ ὅτι ἄμφω ἄδικοι ὑπάρχουσι ὅμοιοι (ὁμοίως?), οὕτως καὶ ἡμεῖς θεοῖς πλησίον κατὰ δικαιολογίαν"* Q. Rectius Pausanias Homerum ita interpretatur, ut et Phaeaces et Cyclopes Gigantesque in deorum vicinia habitare dici statuat. Quod vero in posteriore Odysseae loco Gigantes hominibus opponuntur (*„οὐκ ἄνδρεσσιν ἐοικότες ἀλλὰ Γίγασι"*), ita ut divinae naturae fuisse videantur, ei Pausaniae sententia non nimium tribuendum est, quod eos mortales fuisse ex alio loco eluceat **(VIII 29, 2)**: *„ἔν τε οὖν τούτοις δηλοῖ θνητοὺς ὄντας καὶ οὐ θεῖον γένος τοὺς γίγαντας κτλ."* Omne vero de hac re dubium his verbis tolli *η* 59 sq.:

„ὅς ποθ' ὑπερθύμοισι γιγάντεσσι βασίλευεν.
ἀλλ' ὃ μὲν ὤλεσε λαὸν ἀτάσθαλον, ὤλετο δ' αὐτός."

Tum addit *„λαός"* ab Homero hominum numerum maiorem vocari, quod fortasse ex scholio aliquo sumptum est. Deinde ridet eos, qui Gigantes pedibus anguinis fuisse dicant, et suo tempore in Oronte fluvio Gigantis corpus humanae formae inventum esse narrat, quod Orontis Indi esse Apollo Clarius respondit. Itaque homines Gigantes fuisse sibi persuasum habet. Neque vero eis, quae de Laesrygonum et Cyclopum crudelitate Homerus narrat, fidem abrogandam esse Gallorum

inhumanitatem probare, qui Callio Aetolorum oppido capto nihil sceleris omiserint (**X 22, 7.**)

Notissimi sunt Odysseae versus *τ* 178 sq.:

„τῇσι δ' ἐνὶ Κνωσός, μεγάλη πόλις, ἔνθα τε Μίνως
ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής,"

Iam Plato Leg. I 624 B haec ad Minois leges a Iove suggestas rettulerat. Latius eadem Plato personatus in „Minoe" XIII p. 319 B profert. Inde in scholia Odysseae *τ* 178 transierunt, quibus sua debet Pausanias, cum scribit (**III 2, 4**) Homerum his versibus Minois legislationem obscure significare.

Atlantem, quem primus Hesiodus caelum portare narravit, revera astronomiae operam dedisse multi dixerunt[1]). Pausanias (**IX 20, 3**) autem his eum studiis Tanagrae in loco, cui Polus nomen esset, incubuisse scribit, neque tamen Hesiodi sed Homeri testimonium *α* 52 sq. adfert: *„Πόλος τε ὀνομαζόμενον χωρίον· ἐνταῦθα Ἄτλαντα καθήμενον πολυπραγμονεῖν τά τε ὑπὸ γῆς φασι καὶ τὰ οὐράνια, πεποιῆσθαι δὲ καὶ Ὁμήρῳ περὶ τούτου,*

„Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος, ὅστε θαλάσσης
πάσης βένθεα οἶδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
μακράς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν""

Haec ex rerum Tanagraearum scriptore hausta esse eo probabilius fit, quod Pausanias, quae Atlanti cum Tanagra necessitudo intercederet, dicere praetermisit. Scilicet filia eius Alcyone Tanagrae regis Hyriei mater fuit, ut nepos avo locum illum largitus esse videatur (Hell. fr. 56. Apoll. III 10, 2).

Postquam Pausanias Messaniorum anathema, quod pro pueris freto Siculo submersis Olympiae dedicaverant, descripsit (**V 25, 2**), multus est in eius freti mirabilibus enarrandis. Undas omnium undarum turbulentissimas esse, quod utrimque et a mari Hadriatico et Tyrrheno venti fluctus compellant, sed etiam sedatis ventis ex se ipsum fretum motum violentissimum

---

[1]) Herodor. fr. 24, Diod. III 60, 2. IV 27, 4 (ex Dionysio Scytobrachione), Xenagor. fr. 2 (FHG IV) = Schol. Apollon. IV 264, Vitruv. VI 7, 6 (Krohn), alii.

habere aestuumque accessum et recessum, beluis autem tot scatere, ut foetore earum totus aër impleatur. Nemo non sentit Pausaniam de Charybdi et Scylla cogitare, quas ibi habitasse posterius credebatur[1]). Neque haec suspicio fallit. Sane postquam addidit naufrago hoc in freto nullam spem salutis esse, Pausanias simulat se de hac opinione dubitare. Nam si ibi Ulixes navem perdidisset, nullo modo Italiae oram nando vivum capere potuisse. Sed ilico huius dubii eum paenitet, nam pergit deorum favore omnia effici posse. „εἰ δὲ ἐνταῦθα συνέπεσε καὶ Ὀδυσσεῖ διαφθαρῆναι τὴν ναῦν, ἄλλως μὲν οὐκ ἄν τις πείθοιτο ἐκνήξασθαι ζῶντα ἐς τὴν Ἰταλίαν αὐτόν· τὸ δὲ ἐκ τῶν θεῶν εὐμενὲς ἐπὶ παντὶ ἐργάζεται ῥᾳστώνην.“ (V 25, 3). Tales lusus huic scriptori magnopere in deliciis sunt.

De cultu et victa heroum Pausanias ex Homero haec elicuit. Boves apud eos summi pretii fuisse (IV 36, 4. cf. supra p. 70). In ludis agonalibus eos etiam alienis equis uti, ut Menelaum Aetha Agamemnonis fratris Ψ 295 (V 8, 3). Ebore reges lectus, divites domos exornare solere (I 12, 4): „δηλοῖ δὲ Ὅμηρος, ὃς βασιλεῦσι κλίνας μὲν καὶ οἰκίας τοῖς εὐδαιμονεστέροις αὐτῶν ἐλέφαντι ἐποίησε κεκοσμημένας;“ respicit τ 55 sq.:

„τῇ παρὰ μὲν κλισίην πυρὶ κάτθεσαν, ἔνθ᾽ ἄρ᾽ ἐφῖζε,
δινωτὴν ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ,“
ψ 199 sq.: „. . λέχος ἔξεον, ὄφρα τέλεσσα,
δαιδάλλων χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἠδ᾽ ἐλέφαντι·“
δ 72 sq.: „χαλκοῦ τε στεροπὴν κὰδ δώματα ἠχήεντα
χρυσοῦ τ᾽ ἠλέκτρου τε καὶ ἀργύρου ἠδ᾽ ἐλέφαντος.“

Omittit in Iliade etiam arma equestria, in Odyssea claves gladiorumque vaginas ebore distingui:

---

[1]) Inter testes antiquissimos Thucydides est, IV 24, 5. Cum Pausaniae verbis: „θηρία τε τοσαῦτα ἐς αὐτὸν τὰ ἀθροιζόμενα κτλ“ confer Odysseae versus μ 95 sqq.:

„αὐτοῦ δ᾽ ἰχθυάᾳ (Scylla), σκόπελον περιμαιμώωσα,
δελφῖνας τε κύνας τε καὶ εἴ ποθι μεῖζον ἕλῃσιν
κῆτος, ἃ μυρία βόσκει ἀγάστονος Ἀμφιτρίτη.“

E 582 sq: „. . . . ἐκ δ᾽ ἄρα χειρῶν
ἡνία λεύκ᾽ ἐλέφαντι χαμαὶ πέσον ἐν κονίῃσιν.“
Δ 141 sqq.: ὡς δ᾽ ὅτε τίς τ᾽ ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ
Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα, παρήιον ἔμμεναι ἵππων·
κεῖται δ᾽ ἐν θαλάμῳ, πολέες τέ μιν ἠρήσαντο
ἱππῆες φορέειν· βασιλῆι δὲ κεῖται ἄγαλμα,
ἀμφότερον, κόσμός θ᾽ ἵππῳ ἐλατῆρί τε κῦδος·“
φ 6 sq.: „εἵλετο δὲ κληῖδ᾽ εὐκαμπέα χειρὶ παχείῃ
καλὴν χαλκείην· κώπη δ᾽ ἐλέφαντος ἐπῆεν,“
ϑ 403 sqq.: „δώσω οἱ τόδ᾽ ἄορ παγχάλκεον, ᾧ ἔπι κώπη
ἀργυρέη, κολεὸν δὲ νεοπρίστου ἐλέφαντος
ἀμφιδεδίνηται.

Ut de eboris apud Homerum usu dissereret, Pausanias eo inductus est, quod in Pyrrhi historia enarranda elephantum mentionem fecerat (I 12, 3 sq.) Quas bestias ante Alexandri expeditionem Graecorum nullum praeter Indiae Libyaeque vicinos vidisse, quamquam ebur iam antiquitus notum fuisset. Id in Homerum quoque cadere, qui ἐλέφαντας numquam commemorat. Quos si novisset, eos potius in carmina sua inducturus fuisset quam Pygmaeorum gruumque bellum (Γ 3 sqq).

Cingulum Homero pro tota armatura esse et cingi idem atque arma sumere valere dicit (IX 17, 3) (cf. supra p. 10). Arma ex aere facta fuisse, nam Pisandrum bipennem aëneam (N 612 ἀξίνην ἐύχαλκον), Merionen aëneam sagittam (N 650 χαλκήρε᾽ οἰστόν) gerere (III 3, 8). Thorace qui armati essent, scuto eis opus non fuisse (X 26, 6) Phorcynis exemplo probatur P 312 sqq.:

„Αἴας δ᾽ αὖ Φόρκυνα, δαΐφρονα Φαίνοπος υἱόν,
Ἱπποθόῳ περιβάντα μέσην κατὰ γαστέρα τύψε·
ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον, διὰ δ᾽ ἔντερα χαλκὸς
ἤφυσ᾽· ὃ δ᾽ ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ.“

Nam cum etiam scutum percussum esse Homerus hic non dicat, ut facit Γ 355 sqq. E 281 H 249 sqq. Λ 435 O 529[1]), Phorcynen scuto caruisse Pausanias concludit.

---

[1]) Robert „Studien zur Ilias“ p. 56 sqq.

Denique ut multarum aliarum rerum ita etiam belli artis optimum magistrum Homerum esse Pausanias praedicat (IV **28, 7 sq.**). Complura strategemata ab eo inventa esse. Primum militem infirmiorem a firmiore arma mutuari, ut hostes hunc pro illo habeant, quod facit Patroclus *Π* 130 sqq. (vide supra p. 27) Deinde noctu duos speculatores, non unum in hostium castra mitti, ut Ulixem et Diomedem (*K* 222 sqq.) Tum aliquem transfugam se esse simulantem, ut omnia exploret, urbem hostilem intrare, ut Ulixem (*δ* 242 sqq.). Porro urbis obsessae cives adultos et militiae idoneos ante portas contra hostes in plano considere, pueros autem et senes muros custodire, ut faciunt Troiani *Θ* 502 sqq. Denique vulneratos incolumibus arma sua praestare, ut faciunt Achaeorum reges *Ξ* 379 sqq. His quinque strategematis congestis admiratione captus Pausanias scribit (**IV 29, 1**): „*τὰ Ὁμήρου μὲν οὖν ὠφέλιμα ἐγένετο ἐς ἅπαντα ἀνθρώποις.*“

Non absque re erit titulos, quibus Pausanias carmina Homerica aut partes eorum citat, hic lectoris oculis subicere.

De utroque carmine ubi agitur, „*ἐν τοῖς ἔπεσι*“ scribit (IV 1, 3. 4. VIII 4, 2), sed etiam ubi Iliadem respicit, noviens, ubi Odysseam, bis „*ἐν τοῖς ἔπεσιν*“ dicit.[1]) Vicies quinquies „*ἐν Ἰλιάδι*“ dicit: II 3, 4. IV 6, 3. IV 28, 7. IV 30, 2. 30, 5. IV 36, 4. V 6, 2. V 11, 7. VI 25, 3. VII 4, 5. VII 20, 4. VIII 25. 8. 29, 2, 32, 4. 38, 10. 41, 4. IX 18, 2. 19, 7. 36, 3. 40, 3. X 14, 2. 25, 4. 26, 7. 29, 10. 37, 5. — Semel III 18, 1 „*τὰ ἔπη τὰ ἐν Ἰλιάδι*“ scribit. — Decies „*ἐν Ὀδυσσείᾳ*“ invenitur: I 12, 5. II 16, 4. III 18, 16. IV 1, 3. VIII 29, 2. IX 5, 7. 5, 10. 33, 2, 41, 3. X 4, 5. — Semel „*τὰ ἔπη τὰ ἐς Ὀδυσσέα*“ IX 9, 5, semel „*ἐκ τῆς ἐς Ὀδυσσέα ποιήσεως*“ X 25, 3. — Singulas Iliadis partes ita significat: „*τῆς ποιήσεως ἀρχόμενος*“ (III 24, 11): *A* 1—306. „*ἐν Ἰλιάδι ἐν Θέτιδος λόγοις*“ (III 21, 9): *Σ* 35—145. „*ἐν Ἥρας λόγοις*“ (VII 25, 12): *Θ* 201—207. „*ἐν*

[1]) III 21, 5 (B 583) 26, 8 (*I* 150. 292.) IV 3, 2 (*Λ* 517. *Ξ* 3) IV 31, 1 (*I* 151) IV 36, 1 (*Λ* 682) V 10, 8) *Ξ* 318) VI 26, 4 (*O* 518) VII 26, 2 (*B* 578) X 3, 1 (*B* 520) V 19, 7 (*κ* 348) X 11, 6 (*κ* 1).

Ἥρας ὅρκῳ“ (VIII 18, 2. 37, 5): *O* 36—46. „*ἔπη τὰ ἐν Ἰλιάδι ἐς τὴν Εὐρυσθέως γένεσιν*“ (III 7, 7): *T* 95—134. „*ἔπη τῶν Ὁμήρου, ἐν οἷς τὸν Μαχάονα ὁ Νέστωρ τῷ οἰστῷ βεβλημένον περιέπων ἐστὶν εὐνοϊκῶς.*“ (IV 3, 2): *Λ* 510—520. „*ἐν καταλόγῳ* (IX 24, 1) aut „*ἐν καταλόγῳ τῶν ἐς Ἴλιον ἀφικομένων*“ (IV 1, 3): *B* 494—760. „*ἐν Ἀργείων καταλόγῳ*“ (II 36, 2): *B* 559—568. „*ἐν καταλόγῳ Φωκέων*“ (X 6, 5. 36, 5): *B* 517—524. „*ἐν καταλόγῳ τῶν Ἠλείων*“ (V 3, 4. VI 26, 4): *B* 615—624. „*ἐν καταλόγῳ Λακεδαιμονίων*“ (III 20, 6): *B* 581—590. „*τὰ ἐς τοὺς Ἀρκάδας ἔπη*“ (VIII 16, 3) aut „*τὰ ἐς τὸν Ἀρκάδων κατάλογον τῆς Ὁμήρου ποιήσεως*“ (II 12, 3): *B* 603—614. „*ἐν καταλόγῳ τῶν μετὰ Ἀγαμέμνονος*“ (VII 1, 4): *B* 569—580. „*ἐν καταλόγῳ τῶν μετὰ Γουνέως*“ (VIII 18, 2): *B* 748—755. — Similiter Odysseae partes: „*ἐν Πηνελόπης λόγοις* (X 30, 1): *υ* **61—90.** „*ἐν τοῖς Εὐμαίου λόγοις πρὸς Ὀδυσσέα, πρὶν ἢ ἐκ Πύλου Τηλέμαχον ἀφικέσθαι σφίσιν ἐπὶ τὴν αὐλὴν, ἐν τούτοις τοῖς λόγοις ἐστὶν*“ (IX 41, 4): *o* **301—494.** „*ἐν Πρωτέως πρὸς Μενέλαον λόγοις*“ (VIII 53, 5): *δ* **471—570.** „*ἐν Ὀδυσσέως λόγοις πρὸς Ἀλκίνουν περί τε ὁδοῦ τῆς ἐς Ἅιδην καὶ ὁπόσων ἐθεάσατο τὰς ψυχάς.*“ (VIII 48, 6): *λ* **12—640.** „*ἐν Ὀδυσσέως ἱκεσίᾳ πρὸς τὴν Ἀλκίνου θυγατέρα.*“ (VIII 48, 3): *ζ* **148—185.** „*ἐν Ὀδυσσέως ἀνάπλῳ παρὰ Καλυψοῦς*“ (VIII 3, 7): *ε* **262—281.**

Corollarii instar subiungo, quae Pausanias de vita Homeri cognita habere sibi videtur. Exeundum est ab inscriptione, quam sub Homeri imagine aënea Delphis posita insculptam invenit (**X 24, 2**): „ . . . *θεάσαιο δ' ἂν καὶ εἰκόνα Ὁμήρου χαλκῆν ἐπὶ στήλῃ καὶ ἐπιλέξει τὸ μάντευμα ὃ γενέσθαι τῷ Ὁμήρῳ λέγουσιν·*

„*ὄλβιε καὶ δύσδαιμον — ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι —,*
πατρίδα δίζηαι. μητρὶς δέ τοι, οὐ πατρίς ἐστιν.
< *ἔστιν* > *Ἴος νῆσος μητρὸς πατρίς, ἥ σε θανόντα*
δέξεται. ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι.“

Alterum distichon etiam in Certamine Homeri et Hesiodi, in Pseudo-Plutarchi et Procli Vitis, in Anthologia Palatina XIV 65 legitur, prius cum aliis distichis coniunctum, quae Homeri matrem Cretensem fuisse dicunt, in Vita Pseudo-Plutarchea

et Anthologia Palatina XIV 66. Fac, id quod omni probabilitate caret, Pausaniam hoc oraculum non in titulo Delphico invenisse sed ex litteris cognovisse, tamen dubitari non potest, quin solus genuinam eius formam tradat, cum alii testes initium omittant. Apollo igitur Pythius de patria poetae tacet, fortasse quod variarum civitatum vindicias disceptare veretur. Etiam de patre tacet hac in re consentiens cum Vita Pseudo-Herodotea, quae Homeri matrem cum viro ignoto (2) et cum Pseudo-Plutarchea (3), quae cum daemone rem habuisse narrat. Huius vero oraculi Pausanias iam antea bis meminerat: **X 7, 3,** ubi Homerum Pythiam consultum Delphos venisse narrat, et **VIII 24, 13,** ubi Homerum quod ab oraculo *ὄλβιος καὶ δυσδαίμων* adpellatus esset, duo illa Iovis dolia, de quibus antea (cf. p. 76) diximus, finxisse arbitratur. Deinde oraculum matrem Homeri ex Io insula oriundam esse praedicat, id quod iam Aristoteli placuit[1]. sed cum vulgo mater Cretheïs audiat, Pausanias Ietas eam Clymenen vocare et sepulcrum eius ostendere narrat, neque est, cur fidem ei abrogemus. Huc usque omnia plana sunt, sed incidit Pausanias in Eucli (cf. X 12, 11. 14, 6) vatis Cyprii versus, qui Homerum Cypro in insula a Themistone partum esse adfirmant. In tanto oraculorum dissensu Pausanias ipse de Homeri patria et aetate scribere supersedet **(X 24, 3):** *„ἰδίᾳ οὐδένα αὐτῶν λόγον οὔτε ἐς πατρίδα οὔτε περὶ ἡλικίας Ὁμήρου γράφομεν.“* Tamen antea sparsim nonnulla attulerat, quae notatu digna sunt. Atque Smyrnae in ripa Meletis fluvii, qui vulgo pro Homeri patre habebatur, speluncam esse, in qua carmina sua composuisse dicebatur **(VII 5, 12)** procul dubio ex incolarum ore comperit. Sed in Delphicis **(X 7, 3)** fidibus doctum fuisse narrat: *„Ὅμηρος δὲ ἀφίκετο μὲν ἐς Δελφοὺς ἐρησόμενος ὁπόσα καὶ ἐδεῖτο, ἔμελλε δὲ αὐτῷ καὶ κιθαρίζειν διδαχθέντι ἀχρεῖον τὸ μάθημα ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς συμφορᾶς γενήσεσθαι.“* In Atticis autem Homerum Thesprotiam adiisse atque in ea regione Acheronta et Cocytum fluvios vidisse dicit. Inde

[1] Vita Pseudo-Plutarchea 3.

suspicatur horum nomina fluviis inferorum dedisse **(I 17, 5):** *„Ὅμηρός τέ μοι δοκεῖ ταῦτα ἑωρακὼς ἔς τε τὴν ἄλλην ποίησιν ἀποτολμῆσαι τῶν ἐν Ἅιδου καὶ δὴ καὶ τὰ ὀνόματα τοῖς ποταμοῖς ἀπὸ τῶν ἐν Θεσπρωτίδι θέσθαι.“* In Messeniacis postquam Thamyrin a musis caecatum esse negavit, oculos morbo amisisse opinatur (v. p. 90), ut postea Homerum. At cum Thamyris caecitate oppressus artem suam reliquisset, Homerum per totam vitam carmina facere perrexisse **(IV 33, 7):** *„διεφθάρη δὲ ὁ Θάμυρις ἐμοὶ δοκεῖν ὑπὸ νόσου τοὺς ὀφθαλμούς, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ Ὁμήρῳ συνέπεσεν ὕστερον· ἀλλ' ὁ μὲν καὶ ἐς ἅπαν διετέλει ποιῶν, οὐ γάρ τι εἶκε τῇ συμφορᾷ, Θάμυρις δὲ καὶ τὴν ᾠδὴν ὑπὸ κακοῦ τοῦ παρόντος ἐξέλιπεν.“* Homeri caecitatem etiam in loco supra (p. 90.) exscripto commemorat **(X 7, 3).** In Troezeniacis Demosthenis et Homeri facta comparat et daemonum invidiae exempla esse putat. Homerum enim non solum oculis privatum sed etiam paupertate oppressum esse, ut per totum orbem mendicare coactus esset **(II 33, 3).** De Homeri peregrinatione etiam in Atticis **(I 2, 3)** loquitur, populi eum potius gratiam quaesivisse, regum aulas vitasse, etsi in carminibus poetas regibus adesse narraverit, Alcinoo Demodocum, Agamemnoni poetam anonymum: *„Ἡσίοδος δὲ καὶ Ὅμηρος ἢ συγγενέσθαι βασιλεῦσιν ἠτύχησαν ἢ καὶ ἑκόντες ὠλιγώρησαν, ὁ μὲν ἀγροικίᾳ καὶ ὄκνῳ πλάνης, Ὅμηρος δὲ ἀποδημήσας ἐπὶ μακρότατον καὶ τὴν ὠφέλειαν <τὴν> ἐς χρήματα παρὰ τῶν δυνατῶν ὑστέραν θέμενος τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξης, ἐπεὶ καὶ Ὁμήρῳ πεποιημένα ἐστὶν Ἀλκίνῳ παρεῖναι Δημόδοκον καὶ ὡς Ἀγαμέμνων καταλείποι τινὰ παρὰ τῇ γυναικὶ ποιητήν.“*

Plurima horum vel pueris nota erant. Sunt tamen, quae opinionem vulgarem excedant, nimirum fidibus Homerum cecinisse et Thesprotiam visitasse. Nihil de his in Vitis Pseudo-Plutarchea, Proclea, Hesychi, Certamine Homeri et Hesiodi. Neque ibi caecitatis causa indicatur. Unice convenit iis, quae de Homeri fatis Pausanias profert, Vita Herodoti personati, nam ibi narratur Phemium ludimagistrum Homerum docuisse: (4) *„ἦν δέ τις ἐν Σμύρνῃ τοῦτον τὸν χρόνον*

Φήμιος τοὔνομα, παῖδας γράμματα καὶ τὴν ἄλλην μουσικὴν διδάσκων πᾶσαν.“ (5) „*ὁ παῖς δὲ ἦν τε φύσιν ἔχων ἀγαθήν, ἐπιμελίης τε καὶ παιδεύσιος προσγενομένης αὐτίκα πολλὸν τῶν πάντων ὑπερεῖχε.*“ Vix est quod moneam *κιθαριστικήν* ad „*τὴν ἄλλην μουσικὴν*“ pertinuisse. Deinde narratur Homerum in Ithaca insula apud Mentorem totum annum moratum ibi omnia de Ulixe interrogasse et comperisse (7): „*ἐνταῦθα συνέβη τῶι Μελησιγένει τὰ περὶ Ὀδυσσέως ἐξιστορῆσαι καὶ πυθέσθαι.*“ Nemo aliorum testium in eam regionem Homerum venisse tradit. Sed si vitae Pseudo-Herodoteae fidem habemus, in promptu coniectura est eum aut cum in Ithaca degeret aut cum Mente Leucadio comitatus itinera faceret, etiam in Thesprotiam venisse. Denique a nullo alio traditur morbum Homero caecitatis causam fuisse. Apud Herodotum personatum autem primum propter hunc morbum in Ithaca relictus sanatur, postea vero Colophone denuo hoc morbo correptus oculos perdidit: (7) „*καὶ τῶι Μελησιγένει συνέβη νοσήσαντι τοὺς ὀφθαλμοὺς κάρτα δεινῶς ἔχειν· . . . . . οἱ μὲν δὴ Ἰθακήσιοι λέγουσι τότε μιν παρ' ἑωυτοῖς τυφλωθῆναι· ὡς δὲ ἐγώ φημι τότε μὲν ὑγιῆ γενέσθαι, ὕστερον δὲ ἐν Κολοφῶνι τυφλωθῆναι. συνομολογοῦσι δέ μοι καὶ Κολοφώνιοι τούτοις. . . . .* (8) *ἀπικομένωι δὲ ἐς Κολοφῶνα συνέβη πάλιν νοσήσαντα τοὺς ὀφθαλμοὺς μὴ δύνασθαι διαφυγεῖν τὴν νόσον, ἀλλὰ τυφλωθῆναι ἐνταῦθα.*“ Tum eum per urbes paupertate et caecitate oppressum migrasse et ubique stipem collegisse latius enarratur. Quae cum ita sint, dubium non esse potest, quin Pausanias Vitam Pseudo-Herodoteam manibus habuerit.

Index locorum.

(Paginae dissertationis uncis includuntur.)

Vita.

Natus sum Gualterus Emilius Bacher Halis Saxonum pridie Kalendas Iulias anni 1893. Parentes carissimos Oscarum et Elsam e gente Schlesinger adhuc vivos grato colo animo. Fidei addictus sum evangelicae. Anno 1902 in sextam classem gymnasii Halensis receptus sum, quod tum Francisco Friedersdorff rectore florebat. Cum autumno anni 1911 testimonium maturitatis adeptus essem, ab Ioanne Rammelt viro humanissimo incitatus sum, ut studiis philologicis historicisque operam darem. Primum Halis commoratus post tria semestria Friburgum me contuli. Vere anni 1914 Halas regressus almae Musarum sedis Halensis ad hunc diem civis sum. Autumno eiusdem anni miles voluntarius in Galliam profectus usque ad mentem Maium anni 1915 pugnavi. Quamquam ex mense Augusto morbo coactus proeliis non intereram, ad ante diem XIII. Kalendas Decembrias anni 1918 semper in exercitu versatus studiis me non dabam nisi horis muneribus militiae vacantibus.

Docuerunt me praecipue:

Abert, Achelis, Bechtel, Conrad, Fehr, Fries, Frischeisen-Koehler, Goldschmidt, Hasenclever, Kern, Lindner, Menzer, Praechter, Robert, Sommerlad, de Stern, Werminghoff, Wissowa, Ziehen Halenses, Aly, Fabricius, Neumann, Reitzenstein, Rickert, Schwartz, Thiersch Friburgenses.

Postquam proseminarium Halense Ottone Kern moderante per secundum semestre frequentavi, in seminarium

philologorum receptus sum, cuius per quattuor semestria sodalis fui ordinarius regentibus Ottone Kern, Wolfgangio Aly, Ricardo Reitzenstein, Eduardo Schwartz, Carolo Praechter, Georgio Wissowa. Exercitationibus ut interessem benigne concesserunt historicis de Stern, paedagogicis Fries, archaeologicis Robert, philosophicis Menzer.

Omnibus praeceptoribus gratias ago quam maximas, in primis Ottoni Kern, Eduardo Schwartz, Wolfgangio Aly, qui studiis meis summa humanitate favente beneficiis in perpetuum me devinxerunt. Quanta vero comitate ac liberalitate erga me fuerit Carolos Robert, quo auctore et adiutore hunc libellum composui, numquam effugiet piam gratamque memoriam.